



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

De Testibvs In negotio inquisitionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

locis ani- tam impressis quam manuscriptis, ea tamē omnino  
gularibus duximusmittenda, cum ex diametro pugnent cū  
traditis in quinta regula praecedēti, vbi scriptis au-  
tor, ob plura indicia vehementia, aut violenta ali-  
quem torqueri posse. nec vlo modo crederem h&c  
scriptis& auctore, sed ab imperito quopiam libra-  
rio temere, & aliud cogitante, dum scriberet, addi-  
ta fuisse. & sequentia apertissimē indicant hāc non  
esse auctoris verba, cum protinus adiungat, duo aut  
plura ex his indicia ad torturam sufficere.

APPENDIX SE V COROLLARIVM  
ad septem Eymerici regulas de causis tor-  
quendorum reorum.

**D**ixi hacētus summātum quidquid pertinebat  
ad declarādas septē propositas ab Eymerico  
regulas. sed quoniam ex alijs causis & iudicij am-  
plius rei huius criminis in hoc tribunali torqueri  
posunt; ideo breviter eas quoque adiungemus.  
Ergo præter memorata iudicia, cōfessio delinquē-  
tis extra judicialis sufficiens quoque indicium erit,  
& probabile satis ad torturam. glossa singularis in  
lcapite quinto. ff. de adulterijs, vbi Bartolus, Ray-  
nerius, Angelus, & cōiter Doctores. Bart. in l. fin.  
nu. 6. ff. de quaest. et ceteri, quos longo ordine refert  
Antonius Gomez to. 3. variar. resol. cap. 13. num. 8.  
& 9. & Julius Clarus in præt. crimi. §. fin. q. 21.  
vers. cōfessio extra judicialis. & Carrerius in præt.  
crimi. num. 12. 1. vers. septimum indicium.

Si quis ergo dixerit inter amicos, aut alibi (re-  
rendo, seu iactando, aut gloriando, aut alijs modis, vt  
sepe contingit) se s̄pius concionibus hereticorum  
merfuisse, canam more eorum sumptuisse, Mahome-  
tum adorasse, demones inuocasse, aut a iquid hereti-  
cale dixisse vel commisisse, vbi constiterit per te-  
stes legitimos de eius confessione extra judiciali; ro-  
tari poterit, & interrogari, & vbi expediens fueri-  
tur, iudicatum in carcere mitti; & sinegat, tor-  
queri ob illam confessionem poterit.

Ad hāc si factum vel dictum hereticale confitea-  
tur, intentionem autem prauam hereticandi neget,  
torqueri poterit, vt intentionem declaret, & hoc  
postremum vere afferit Albertinus tract. de agnos.  
assertio. q. 36. circa finem, quem sequitur Iaco-  
bus Simancas, de catho. instit. tit. 52.

Addit Antonius Gomez to. 3. varia. resol. nu. 8.  
vers. 2. quia, multorum, quos ibi refert, sententiā es-  
se, vsque adeo verū esse confessionē extra judicialē  
esse sufficiens indicium ad torturam, vt si reus po-  
sus in tormento confiteatur delictū, non require-  
tur postea aliqua perseverātia vel ratificatio, quia  
sufficit illa confessio extra judicialis, quæ precessit,  
vt postea plenē prober confessio quæ sequitur in  
tormento, vt reus definitiū condamnetur sine ali-  
qua alia ratificatione: licet et alia regulariter sem-  
per requiratur, quando positus sit in tormento ra-  
tione aliorum indiciorum, & confiteatur delictū.  
Verū hāc sententia obseruāda non est in praxi.  
tū quia nullo iure nititur; tum quoniā generaliter  
in disponit confessio facta in tormentis ratifica-  
dā: postremo, quia cum confessio extra judicialis iā  
si sum effectum operata, vt scilicet ex ea reus

A torqueri possit, non debet alium effectum operari,  
vt scilicet non requiratur ratificatio ita afferit, &  
verē, Antonius Gomez præcitato loco.

Si quis autem fuerit sacerdoti confessus, isque  
vel per malitiam vel per imprudentiam aut ebrie-  
tatem confidentis delictum detegat, talis confessio-  
seu revelatio nullum prorsus effectum producit, vt  
dixi supra par. 2. super concilio Tarragonensi. Sed  
hic est pulchra difficultas & seq. &c.

An autem socius criminis faciat indicium ad tor-  
turam, quāri solet: sed verior & receptior senti-  
entia est, non sumi hinc ad torturā indicium, quā-  
uis qualis qualis præsumptio inde oriatur Boerius  
deci. 319. inci. Socius criminis. Ioannes de Ana-  
nia cōf. 59. incip. vila inquisitione, Grammaticus,  
deci. 28. incip. Magnificus Ioannes. num. 14. &  
alijs multi per hos relati.

Si tamen duo socij criminis aduersus aliquem  
deponant, & is neget, tunc torqueri poterit. Boe-  
rius dicta deci. 319. Julius Clarus in præt. crim.  
§. fin. q. 21. ver. sed pone.

De confessione facta coram iudice incompeten-  
ti, an faciat indicium ad torturam, longa à nostris  
instituitur disputatio, quæ cum ad hoc negotium  
conferre possit, non est contemnda; sed cum bre-  
ui oratione concludi non possit, videndum est Cla-  
rus in præt. crim. §. fi. q. 21. vers. sed hic quāro.

Libri vero hereticorum apud aliquem reperti,  
an indicium faciat ad torturam, ex qualitate per-  
sonarum, penes quam reperiuntur, pensandum  
erit, iuxta id quod tradidimus supra in hac 2 par.  
Super cap. Fraternitatis de hæret. &c. 91.

Postremo videtur est: An cum disputatur in hoc tus admittan-  
tribunali, nū reus sit torquēdus ne ne, debeat eius tur, cum que-  
aduocatus ad disputationē admitti, vt videatur nū titur an indi-  
sufficientia sit indicia ex quibus est torquendus cia sufficiant  
reus: et cūagatur de grauiſimo delinquētis præiu-  
dicio, ne indefensuſi videri possit, vocadū eſe aduo-  
cato, ut vereum iusteſi poteſt, tueatur, respondit Au-  
tor repertorij Inquisitorum, verbo, aduocatus. §.  
sed an aduocetus, et verbo, tortura: §. an aduocatus.

Hoc exploratum est, indiciorum exemplum, seu  
copiam reo dandam esse, & concedendam dilatio-  
nem ad ea diluenda, & suam innocentiam proban-  
dam. hoc si. & naturalia & humana infra fieri iu-  
bent, & iuris consulti uno ore fatentur, & tradūt  
pasim criminaliſe, quos in refacili cōſulto omit-  
to: interim videto Antonium Genezium tom. 3.  
variarum resolut. c. 13 nu. 21.

D E T E S T I B V S I N  
negocio Inquisitionis.

C O M M E N T . L X I I .

An inquisitor cogere possit testes ad  
testificandum.

S V M M A R I V M .

- 1 Inquisitor super crimen hæresis, & id contingē-  
tibus testes recipere potest.
- 2 Et ad veritatē dicendā iuramentu illos cogere
- 3 Ac eos iterato examinare.

**S** Exagelima secunda quæstio est: Vtum Inquisitor testes possit compellere ad iurandum de dicenda eidem in causa fidei veritate, ac etiam plures eos examinare?

1. Respondemus quod sic: nam Inquisitor potest, & debet inquirere super heretica prauitatem, & in tali Inquisitione testes examinare, de qua testimoniū examinatione habetur in cap. Vt officium. §. verum. de heretib. 6. vbi dicitur sic: Verum quia in tam graui criminē cum multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vlo perforatur errore dure ac digne severitas vltionis) volumus, & mandamus, vt in examinatione testimoniū, quos recipi super criminē p̄dicto, ipsumque contingentibus oportuerit; &c.

2. Testes autem c̄ gendi sunt in causis ecclesiasticis veritatem depōnere medio iuramento. extra de testi. cogen. Peruensit, aliās testimoniū non valeret. & extra de heret. c. Excommunicamus itaq; . §. adjicimus. dictur, q̄ Archiepiscopus vel Episcopus, (& idem de Inquisitore) parochiam, in qua fama fuerit hereticos habitare, citemeant, & ibi tres vel p̄ures boni testimoniū viros, vel etiā si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, & sequitur infra: Si qui vero ex eis iuramentū religionem obstinatēe damnabili responentes iurare fortiē voluerint, ex hoc ipso tanquam hereticī repūtentur.

3. Quod autem plures possint examinari, ita docet Archi. in c. Vt officium. §. verum. super ver. testimoniū. vbi dicit sic: inquisitor debet eis sollicitus, vt si testes confusè deposuerint, & de causa scientiā minus plenē requisiti fuerint, q̄ iterato cū eis inquirat: nam hoc de iure fieri potest. extra de testi. Per tuas. Ad hoc. ff. de quæst. Repti.

#### C O M M E N T . C X I .

Disputatio  
de testibus.

**E**rmericus absoluta disputacione tortura, alteram nunc exorditur de testibus; cuius cognitio quam sit utilis & necessaria, res ipsa indicat, prosequitur vero hanc tractationem multis quæstionibus, quas singulatim tutiora & communiora tradentes breuiter enarrabimus.

Sed illud profundū est; circa testes in hoc crimine multa esse singularia fauore fidei inducta, que in alijs criminiib. nō admittuntur: que qualia sint, suis locis declarabitur. & in hac prima quæst. duo potissimum docet primū est de cōpellendis testibus: alterum de eisdem interrogandis, ibi: Quod autem plures.

Testes quicū que i hoc crībitarū sit, an in causis criminalib. testes cogi possint ad testimoniū ferendum. c. dilectorū. de testi. cogen. nunc tamē omisſis in hac refutilibus quæstionibus dico in crimine heresia quoscunq; auētoritate præfulgeant, compellendos esse ad iurandum de dicenda veritate. Zāchinus tract. de heret. c. 13. nu. 9. & ibi late Campegius. Reperto. Inquisitorum, verbo, testes §. an si testes. Fely. in d.c. dilectorum. num. 3. de testib. cogen. Ioannes Roias sing. 197. incipiente, Testificari in criminalibus Simcas de ca. ho. insti. tir. 64. num. 12. & seq. & alij.

Nec vero putandū est, ab hac regula aliquos eximi, quoniam omnes cōpelli possunt non obstante quo-

A libet priuilegio. faciunt quæ tradunt Innocentii in c. 1. nu. 5. de testi. cogen. Host. & Joan. And. in d.c. dilectorū. de testi. cogen. Repertorium Inquisitorum, verbo, testes, §. an si testes. Joan. Roias in dicto singu. 197. Socinus regula 509. incipiente: Testificari in criminalibus fallēria 3. item compelli possunt quilibet religiosi. Sylvestr. in sun. verbo, testis, q. 8. Campegius ad Zanchinum c. 13. versi. et quoniam tradit Archidiaconus in cap. vt officium. §. verum. quia de heret. lib. 6. relatus supra parte 2.

Sed preter ceteros singulariter Guido Fulcodius doi hoc in hac verba: A ferendo testimonio priuilegios excusari non puto, nisi super hoc ipso priuilegium speciale haberent, quia ad veritatem detegendam in hoc casu omnes tenentur, vt infra dictā: sed nec iuramento; vel uoto in contarium emisso: nam licet veritatem celare possimus hosti vel persecutori, vt 22. q. 2 ne quis. iudici tamen veritatem investiganti eam occultare mortale peccatum est, vt 11. q. 3. quisquis ergo iuramentum vel uotum in contrarium emisso: non est seruandum. 21. q. 4. in malis. & determinat quæstionem exp̄esse, extra de testi. cogen. Peruensit. & c. vlt.

Sed nec excommunicatio ordinarij necet, qui illes excommunicare præsumptit, qui coram Inquisitoribus deponerent veritatem: Tum quia nō potest inferior superiorē suis definitionibus subjugare, 21. dist. inferior. Tum quia maiori est potius obediendum. 11. q. 3. qui resistit. Tum quia huicmodi sententia cōtinet errorē expr̄sum. extra de senti. exēcō. per tuas. nec est quæstio, quia in crimine hereticos testes sint compellendi vites de heret. excommunicamus. hactenus Guido Fulcodius, à quo nusquam discedit hic Eymericus.

Sed opportune hic queritur, an si aliquis vocatus ab Inquisitoribus ad testifiandum contra aliquem, & non impeditus, recuseret venire, aut direte testimonium, preter alias penas, quas propriea meretur, fiat etiam suspectus de heresi, & tanquam fautor, aut celator hereticorum haberi & puniri posse. Geminianus & alij, in c. vt officium. §. ver. de heret. lib. 6. compellendum dicunt esse testem; si je dicēdo testimonio subtraheret in hac causa, sed dubitationi proposito non satisfaciunt.

Ego d̄ distinguendū putarem, an is testis vocetur Testis ad testificandū contra personas sibi sanguine vel a filiis.

finitate cōiunctas, vel amicissimas, vt cōrā parentes, frates, & alios aseendentes, vel descendentes, cōsiderantes, an vero contra alios quolibet est coniunctus: nam in primo casu quamvis obincidens, an & contumaciam, quia Inquisitoribus non satisfecit in hac causa, iusta precipientibus, puniri possit, at non videtur viterius suspectus tanquam fautor vel celator habendus, quoniam affectiōne carnali potius, quam aliquo intellectus errore, aut odio contra fidem catholicam id facere presumendum est, argumento eorum que diximus supra par. 2. supra quæst. 56. §. seu alias fanorem.

In secundo vero casu fautor quādōq; cōfseri poterit, aut celator, & velut talis puniēdū cōsiderata personae, & negotiū de quo agitur, & inobedientie

tia, aut contumacia qualitate.

*Quares.* Nomine autem celatorum hoc loco non solum  
occulti intelligimus eos, qui quos cognoscunt hereticos,  
aut supeccos, omittunt iudicibus reuelare, cum pos-  
sit, iuxta concilium Tarragonense relatum supra  
par. 2. §. Celatores, sed illos quoque multo magis,  
qui coram iudicibus sciēt, et prudenter renunt  
comparere, ut hereticos occulentes, aut postquam  
comparuerint de illis interrogati, supprimunt ma-  
litios quam noscunt veritatem, ne illi contra quos  
proceditur, deprehendantur, aut puniantur.

a ¶ Testes autem cogendi sunt, &c. veritatē de-

ponere medio iuramento, &c. alias testimonium

non valet. ] Hoc ipsum docuit Eymericus supra

in hac 3. par. nu. 82. vbi dixi in §. quilibet horum.

Et quamvis iuramentum sit de validitate testi-

monij, quia sine iuramento testimonia testimoniū non

valent. Insurandi. C. de testibus. non tamen est de

substantia & essentia testimoniū. sed de his vide Re-

pertorium Inquisitorum, & Locatum in opere iu-

niciali verbo, iuramentum.

b ¶ Quid autem plures possint examinati, ita

doct, &c.] Hoc ipsum docuit iam olim luculentius

Guido Fulcodius. in consultationibus ad Inquisito-

res q. 15. c. 16. & 17. in hac verba: Et si testes inue-

nitur confuse depositisse, & de causa scientiā mi-

nus plene requisitos fuissent, suppleatis omissa; &

eos de causa scientiā, & causa causa, vbi faciendū

videbitur, sollicite requiratis; quod sic fieri posse,

siciliciter iterari testimoniū interrogations omisitas, di-

cit decretalis de testibus, per tuas. & concordat l.

ff. de quæstio. repeti.

Et hoc dico cum tanta diligentia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur, præcluditur via iuris in notitia testimoniū, & reddendis interrogatio-  
nibus, prout in iure fieri consuevit: & quanto magis eis præcluditur, tanto sollicitudo maior vobis  
incubit; adeo quid etiam de inimiciā testimoniū  
per vos debetis inquirere, cum non possint alij di-  
uinare: & nisi testes plene & plane in omnibus

concordauerint, melius est vobis purgationem  
indicere, vel differte sententiam, quam̄ damnare.

hattenus Fulcodius, quibus nihil potest pruden-  
tius vel tutius in hac causa præscribi.

Tamen si vero in omnibus causis evitandum sit,  
vt clara & aperta sint testimoniū dicta; in criminē tamen  
heresis id est præcipue obseruandum, præser-  
tam cum sepe contingat ex vniuersi vocule mutatione,  
additione, subtractione, aut declaratione, vel  
adesse heresim, vel abesse: quod in primis contin-  
git testimoniū imperitis, qui nesciunt veritate scatho-  
licas ab erroribus secessere & separare; & propte-  
rea in hac causa omnia est vitanda in testimoniū di-  
uis vel obscuritas, vel ambiguitas.

Sed cū in dictis testimoniū deponentium contra ali-  
quem de dicto hereticali contingit obscuritas, seu  
ambiguitas, ita vt dictum illud & ad delictum &  
ad non delictum referri possit, aut heresim iuclu-  
dere, seu contra excludere, nec testimoniū aut reus ad sit,  
vel sciat dictū suū interpretari: tunc ille sensus ac-  
cipiens est, qui delictum excludit. l. si quis inten-  
tione, ff. de iudi. Innocentius in c. dudum. de electio.  
tradit Albertinus tract. de agno. assertio. q. 29. nu.

A 19. & copiosius q. 34. n. 48. et seq. et Ioānes Royas  
tracta. de hær. p. 1. n. 199. & seq. quoties n. verba  
propositionū, de quib. reus accusatur, duplice pos-  
sunt habere sensum, catholicum unum, hereticum  
alterum, sensus catholicus accipie & dū est, fauore  
delinquentis, & favorabiliores ff. de reg. iur.

In quare, vt cetera exempla omittam, appositif Exemplū de  
simū est illud quod de Florianis & Colluthianis propositio-  
ne habente  
hereticis refertur in c. quidam autem 24. q. 3. re-  
lato apud Eymericum par. 2. quorum Colluthiani sum, unum  
Deum non facere mala afferant; quae verba de ma-  
catholicum,  
culpe accepta, catholicā sunt, sed de malo penā  
teriticum.  
intellexit (vt illi intelligebant) heretica sunt; &  
propterea fuerunt dannati:

Floriani cōtra, asserebat, Deū creasse mala, que  
de malo penā supra, catholicā sunt, heretica vero  
de malo culpe, & ab illis inelligebatur; quemadmo-  
dū pulchre ibi declarat doctissimum Turrecremata,

Verum tamen hæc interpretatio in meliore sen-  
sum, tunc iudicio meo locum habet, cū bis qui pro-  
tulit dictum dubium, vir probus est, & omni mala  
suspicio carens; tunc n. in tali viro non est pr̄ se in  
mendū delictū: secus aut̄ effet censendū, cū is qui  
protulit verbum dubium, alia sinistra suspicione la-  
borabat, vt quis vel infamatus effet de heresi, vel  
ex suspectis prouincijs effet, veluti Anglia, Ger-  
mania, aut similibus, vbi nunc hereses pullulant,  
argumento rex. in l. aut facta. §. persona. ff. de penis.  
l. quid si nolit, §. qui mancipia. ff. de adil. edic. ibi:  
Seruos bones esse, quia natiovis non infama-  
quidā malis, videri quia ea nationi sunt, quæ na-  
gis infamis est. hac ibi tradit Ioānes Royas (cui libe-  
ter subscribo) tracta. de hær. par. 1. nu. 205. & seq.

Hac vero in hoc tribunali magnum momentum  
habent, ad excusando rudiores quosdam, qui sepe  
absque heresim malitia propositiones habentes sen-  
sum hereticum proferunt; quales sunt illæ: Sola fides  
sufficit: Deus solum voluntatem respicit, & si-  
miles, quæ bene, & male accipi possunt.

Iam quod de examinantis & sepius interrogan-  
dis testimoniū confusè deponentibus docet hic Eyme-  
ricus, locum habet etiam post publicatas attestati-  
onis. c. cum clamor, extra de testimoniū. hoc consilio  
ab Eymericō relato supra par. 2. & ratio est: quo-  
niam obscurum dictum quod effectum iuris. pro nō  
dicto habetur glos. in c. si testes. §. in testimoniū. verbo,  
simpliciter. 4. q. 3. glos. in c. qui episcopus, verbo, sim-  
plicib. 23. dist. concordat textus in l. de atate. §. si in-  
terrogatus. ff. de interrogato. actio. Rursus, quoniam  
hoc etiam postulat aequitas, ad pleniorē innocentis  
defensionem. arg. l. 1. §. si quis ultra. ff. de quaest.  
tradidit Socinus reg. 498. incipiente. Testes publi-  
catis attestacionibus. in fallentia 6. 10. & 11.

Deniq; publicatis attestacionib. non modo idē  
illi testes, qui prius deposuerunt, possunt iterū atq;  
iterū in hac causa, vbi occasio postulauerit inter-  
rogari, & examinari verum etiam & alij testes pos-  
sunt audiiri & recipi. Socinus prætitato loco. Archidiaco. in cap. super hoc de hær. lib. 6. Carrerius  
tract. de hær. nu. 124. vers. sed an publicatus. &  
Ioānes Royas singu. 22. incipiente. Attestacionib.  
bus publicatis. quod intelligo non modo cum reci-  
piuntur ad defensionē reorum; verum etiam ad of-  
fensam,

fensam, & pleniorē delictī probationē, quidquid A  
fiat in alijs delictis, idque favore fidei tenet Carre-  
rius præcitatō loco, cui libenter subscribo secutus  
Ange. in l. per hanc C. de temp. appellat. & Gemi-  
nianum in c. officium. §. verum, de baret. lib. 6. &  
Simancam de catho. instie. 64 nu. 50. & seq.

Q V A E S T I O L X I I I .

An inquisitor debeat solus cum notario examinare testes, siue reos.

S V M M A R I V M.

- <sup>1</sup> *Inquisitor duas religiosas personas adhibere  
debet in examinibus faciendis.*  
<sup>2</sup> *Religiosa personæ quænam bic intelligantur.*

**S**Exagēsima tertia quæstio est: Vtrum In-  
quitor in examinatione testimoniis & reo-  
rum, seu delatorum, cum suo notario  
debeat esse folius?

- i** Respódemus quòd non simmo oportet quòd

*Supra pag.*  
107.

in tali examinatione, sicut etiam duas religiosas & discretas personae, ut patet in c. Ut officium proxime alleg. de haeret. lib. 6. in uer. uerum. ubi dicitur ita: Veruni quia in tem gravi criminis cum multa oportet cautela procedi (ut in reos sine ullo proficeratur errore dure ac digne severitas ultionis) uolumus, & mādamus, ut in examinatione testimoniū, quos recipi luper criminis pīdēcto, ipsiusque contingitibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum pīsentia per publicam (si commode habere potestis) personam, aut per duos uirōs idoneos fideliter cotundem de positiones testimoniū conscribantur.

2 Religiosæ personæ possunt hic intelligi, persona honeste, huc sint clericæ, siue laici; sed magis uidetur, q[uod] loquatur de religiosis qui religiosus habitum receperūt, ut dicit Archid. ibi in glossa.

COMMENT. CXII.

**Q**ue ad hanc questionem spectant copiose tradi-  
dit Eymericus supra par. 3. num. 85. tit. quot  
persona esse debeant in examinatione testium &  
delatorum. tradunt etiam Simacas de carb. insti. tit.  
64. nu. 9. Locatus in opere judiciali verbo , testis.  
post nu. 54. vers. & primo. & alijs communiter. ideo  
vero huicmodi persona interesse habentur, ut que  
geruntur, postquam tot sunt oculis inspecta, & tot  
sensibus insinuata, falsi suspicionem excludant.

Number 2.

Per religio-  
sas personas  
qui intelli-  
gantur.

Sed Archidiaconus, Ioannes And. & alij in dicto c. vt officium. §. verum quia per c. denique. dist. 4. optime obseruant religiosorum nomine intelligant clericos saeculares: quare & hi potuerunt huic examini adhiberi, quod & Simancas adnotat de eis ho. institu. tit. 64. num. 9.

Et quamquam re vera (vt ego exissimo) supra  
dictæ personæ comprehendantur in dispositione di-  
cti c. vt officium. §. verum quia, de heret. lib. 6. nibi  
lominus, ubi visum ita fuerit Inquisitoribus, di-  
scertos et laicos, peritos, honesta vita & spectate  
prudentie huius examini poterunt adhibere. Primo,  
quoniā Christiani laici honeste viuētes, largere-  
ligiosi appellantur. c. ecclesia S. Mariae de const. c.  
fi. de reb. eccl. nō alie. tradit plene Albertinus in c. gau.  
Nomine m.  
quoniā de her. lib. 6. q. 1. cōcl. 3. n. 5. Rursus; quam  
uis dum est sermo de materia odiosa & penali, ner-  
ba proprie & strikte accipi debeant. c. statutum de  
elect. lib. 6. at in materia fauorabili large accipi pos-  
sunt, vt Albertinus adnotauit præcitate loco nu. 6.

Cum ergo hic sit sermo de fauorabili materia,  
ut manifestum est, laici adhiberi poterunt. Postre-  
mo hoc voluit Eymericus 3. par. n. 84. Denique  
arbitrio Inquisitorum hec crederemus relinquenda,  
qui eos adhiberet, quos magis idoneos indicarent:  
honefius tamen & decentius est, religiosos mona-  
chos, vel clericos seculares adhibere.

*Per disferetas autem personas, viros peritos & doctos accipere debemus, qui intelligant negotium de quo agitur sciantq; discernere quod geritur, ut optimè interpretetur Archidiaco. in d. c. vt officium. s. verum quia de baret. lib. 6. nn. 14.*

Tametsi vero ob causas in principio huins cōm  
tarij relatas, cum vel rei, vel testes examinatur,  
huinsmodi due religiose persona e interuenire posu  
lentur; hodie tamen maiori ex parte processus  
santo tribunali sunt absq; praesenti, sine interru  
tu istarum personarum, & eos sic factos tolerat su  
premus senatus sancto Roman & generalis Inqui  
sitionis. Et profecto due illae religiose persona, de  
consilio magis, quā de precepto videtur adhibēda.

Equidem in hac causa sententia est, si fieri  
commodè posse singulis artibus examinandi reos,  
aut testes, addibendas fore has duas personas: aut  
saltem utilissimum. & consulessimum esse finitis  
examinibus, reperere omnia coram illis: quod non  
potissimum procurare debent Inquisidores, cum  
agitur major aliqua & grauior causa, qualis est re-  
lapsi, vel perirentis, vel cum reus qui examinatur  
collidit est, cauillolus & sceleratus.

Cum tēstes examinātur difficultius possunt hac obseruari: cum multi nolint coram illis personis deponere contra aliquem, timentes ne renēatur, aut ob alias causas.

*Quod si quaraas, an Episcopi in suis diocesibus, praeferim vbi non sunt Apostolici Inquisitores, debeat hac seruare; respondeo debere quidem quod non obscurè significatur in c. per hoc. de barei lib.*

E 6. quare recte Simancas scripsit de carbo. inst. tit. 25. de Episcopis. nu. 4. quod Episcopi in procedendo super hoc crimen, eundem ordinem seruare continentur. auem in Inquisitores seruant.

Q V A E S T I O L X I I I .

Excommunicati & socij criminis sint  
ne admittendi in testes in  
causa fidei.

Sexagesi-

**S** Exagesima quarta quæstio est: Vtrum inquisitor excommunicatos, seu participes, vel socios criminis, possit licite admittere ad agendum & testificandum in causa fidei?

Respondemus quod sic, in probationum alia tum defectum, ut patet in c. In fidei de hæret. lib. 6, ubi dicitur sic: In fidei fauorem, concedimus, nisi pos ut in negotio inquisitionis hæretica prauitatis ex communicati & participes, vel socij criminis ad testimonium admittuntur, præsertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testimiorum aut personarum tam deponentium, quam eorum contra quos depositum, qualitate, ac alijs circumstantiis sic testificantes falsa non dicere presumantur.

## C O M M E N T . C X I I .

**H**ic incipit tractare de testiū qualitate. ubi notandum, quod quamvis regulariter inhabiles, ut excōicatos, infames, & similes à testimonio repelluntur. cap. i. de exceptio. c. licet. de probatio. c. testimonium. de testibus. c. testes. 2. q. 7. cum similibus. at in causis fidei propter religionis fauorem, ne tam graue hæresis crimen remaneat impunitum ob defectum probationum, qui alias repellerentur ob quæcumq; defectum, nunc in causis fidei admittitur, ut apertissime probat textus in c. in fidei fauorem. de hær. lib. 6. hic ab Eymerico citatus. cui peritus cōsentit Cœcilius Biterræ. c. 12. in hæc verbas: Quamvis in huiusmodi crimen, omnes criminoſi & infames ac participes criminis ad accusatio[n]e & testimonio admittantur. hoc ibi: id ē in Cœcilio Narbonensi c. 24. et de hoc nulla est ambiguitas. In hac vero quæſt. & duab. potissimum sequentib. hoc in primis est inquirēdum, postquā cōstat testes alias inhabiles in hoc crimen admitti ad testificandū: an duo ex illis plene probent, quemadmodū D duo idonei & oī exceptione maiores plene probār.

Primū hoc constitueri oportet, variis & multiplices intellectus afferri à Doctorib. super d.c. in fidei fauorem. ut patet ex his quæ docent Franciscus Aretinus in c. s. de testibus. Aegidius Boſſius t. de hæret. nu. 3. & 4. Angelus in l. in iudicio. ff. de accusatio. Socin. conf. t. 18. in pri. molo. Glossa. Ioan. Andr. Dominicus. Franchus, & alijs in d.c. in fidei fauorem. Gondifalnuſ tract. de hæret. q. 13. & Ioan. Royas singul. t. 89. incipien. Testis criminolus.

Ceteris tamen in præsentia omisſis, quamvis nec iniuriales sint, nec inepti, & oī & recepтор dicti c. in fidei fauore. sensus est, prædictos testes periuros, vel excōicatos, vel socios criminis, vel infames, aut deniq; alias minus idoneos, in crimen quidem hæresis, seu in criminibus exceptis admitti: ceterum duo ex ipsis non sufficere ad plenam probationem faciendā, vel ad penam delicti ordinariam imponendam, sed ad presumptionem vel aliqualem probationem faciendam, vel indicium ad torturam, vel penam extraordinariam imponendam. ita Abbas in c. per tuas. nu. 4. de Simo. Felyrus in c. testimonium. nu. 22. de testibus Iason in b. 4. §. si tibi ob in-

A dicimus. nu. 4. ff. de condi. ob turbem causam. Hippolytus Marsilius in præt. crim. §. diligenter. nu. 56. Gondifalnuſ tract. de hæret. q. 1. nu. 12. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. vlt. Simancas de catbo. instit. tit. 64. nu. 36. lo. Royas in dicto singul. 189. nu. 11. Aretinus in c. fi. in fi. de testibus. Alberinus tract. de agnos. aſterr. q. 34. n. 3. & alijs pleriq; inter quos est Julius Clarus in præt. crim. §. fi. q. 21. versic. sed pone. ubi in multis alijs delictis ita seruatum testatur apud illustres insignium ciuitatis Senatus: nunquā enim ob dicta duorum testimionum sociorum in crimine, panam ordinariam impositā dicit, sed tantum dicit facere indicium ad torturā.

B Ex his ergo more nostro in hac causa, qua gravissima est, certiora, & securiora colligentes.

Primum hoc ponamus: Duo testes inhabiles & minus idonei in crimen hæresis nō facient plenam probationem, & proinde reus non punietur pena ordinaria, sed alia miriori, arbitrio iudicantis: ex quo cōsequitur, neque relapsum, neq; negatiuum per duos testes inhabiles coniunctum, tradendos fore curia seculari: atque hoc axioma consequitur apertissime ex præcitatâ sententia; quod equidem non obscure videtur indicari in dicto cap. in fidei fauorem. dum ait: Et ex numero testimiorum, quasi diceret, ex multitudine testimiorum.

C Nec refert, si quis dicat appellatione numeri Plures testes duos intelligi. ubi numerus. ff. de testib. c. plurais quā duo milocutio. de reg. iur. nā ea verbahunc sensum non ferat; immo uera intelligētia est, quod si plures excoīcētiū plebicati quādū duo, vel participes, vel socij criminis, ne probant. deponunt cōtra aliquem hæresi, si ex coniecturis aliquibus nō presumantur falsa dicere; tunc tales plures quādū duo, additis alijs cōiecturis de veritate criminis sufficient ad condemnationē. Propositū enim summi Pontificis in d. c. in fidei fauorem. hoc fuit fauore fidei cōcedere, vt testes alias inhabiles, in hoc crimen testificarentur, non tamen sanciuit, quod duo ex illis sufficient ad cōdemnationem, & ob id addidit illa verba: Et ex numero testimiorum. ita Franciscus Aretinus in dicto cap fina. de testibus. quem sequitur Palacius in allegat. de hæresi. §. vlti. quos agminarim laudant multi ex præcitatā, quibus omnino censeo subscribendum; quoniam & verissima mihi videtur hæc sententia, & tutissima, ac penitus in praxi obseruanda, & pro hac expostio[n]e facit quot notat Felyrus in dicto cap. testimonium. de testib. num. 22. versic. 2. limitant.

D Sit secundum axioma; Plures quādū duo testes inhabiles & minus idonei in hoc crimen tunc faciēt plenā probationē, & ad condemnationē, seu p[ro]p[ter]nam criminis ordinariam imponendā sufficiēt, quādo ex circūstatijs, & cōiecturis, & personarū qualitate, verisimiliter præsumuntur verū deponere. & hanc sententiam videtur non obscure probare illa textus uerba in dicto c. in fidei fauorem. Si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testimiorum; aut personarum tam deponentium quam eorum contra quos depositum; qualitate ac alijs circumstantiis, sic testificantes falsa non dicere presumantur. hæc ibi. Ita Palacius, Rubius, Aretinus, & Alberinus præcitatā locis; ubi amplius admonent, hac ratione posse accipi sententiam eorum qui dicunt, ad condem-

condamnam hereticum non sufficere duos testes: de quo articulo dicemus paulo post super q. 71. atque hic plane videtur verus & germanus sensus di-  
eti e. in fidei fauorem. & hac est doctrina secura,  
tuta, & ob id in praxi fernanda.

Tellis idoneus & alius minus idoneus no pro-  
bat in hoc criminis. Sit iam tertium & postremum axioma: Quam-  
uis in multis causis testis valde dignus, & alius  
minus idoneus coniungantur ad faciendam plenam probationem, quia integrum & superabundans fides minus supplet defeculum alterius,  
ut singulariter volunt Baldus & Auge. in l. si quis  
ex argenterijs. §. 1. ff. de edendo. quos refert & se-  
quuntur multa in eandem sententiam adducens. Mar-  
silius in l. de minore. §. tormenta. ff. de qua. & Ia-  
son in l. cunctos populos. in 2. lectura. nu. 53. versi.  
item in quantum C. de summa. Trin. & fide. Carbo. &  
pleriq; aiij quos prudens omittit. in causa tamen ha-  
resis hoc non crederet habere locum, quoniam pra-  
fata sententia locum non habet, quoties ex forma  
iuris vel homini requiruntur duo testes: quia tunc  
praeferunt in criminalibus, ubi probations debet  
esse clarae & certae. L. sciant. C. de probatio. uterque  
testis debet esse integer, & probata vita. ita limita-  
bar singulariter & vere prafaram sententia Fely-  
nus in c. tertio loco, in fi. post Balibidem, extra de-  
probatio. quos sequitur, Bernardinus Diaz in reg.  
752. incip. Testis ualde dignus in 2. limitatione.

Manifestum est autem in causa heresis ad minus  
duos testes idoneos a iure postulari, sicut copia  
se ostendemus infra super dicta q. 71. quare, ut ad  
dicta duorum testimoniis reus huius criminis condam-  
netur, illi ex omni parte fide digni & integri esse  
debent: si autem res aliter se habuerit, pœna ex-  
traordinaria erit imponenda ne propterea omnino  
multa crimina relinquantur neque ab hac senten-  
tia diserepat Guido Fulcodius in consultationibus  
ad Inquisidores. q. 15. c. 17 quem alibi retuli.

Tellis non idoneus, emendatus, &  
idoneus sufficitur. Verumtamen, si testis ille minus dignus de crimi-  
ne fuisset emendatus, & per posteriores probata  
vit & laudabiles actus bona fidei, & opinionis spe-  
cimur dedisserit; tunc iudicio meo sufficeret: quoniam  
is iam potest dici idoneus; quod videtur sensisse  
concilium Biterrense c. 13. & concilium Narbonen-  
se. cap. 25. quæ alibi retulimus.

Tellis minus dignus cu di-  
gno & alijs  
indicijs. pro  
banti. Idem videtur dicendum, si cum teste digno, &  
teste minus digno concurreret alio conjectura, &  
indicia de criminis preparato; tunc enim indicia  
alia testimonium. tellis. minus idonei coadiuvan-  
tent; quod videtur indicari per textum in dicto c.  
in fidei fauorem. ibi: Ac alijs citeconstantijs sit testi-  
fiantes falsa non dicere presumantur. Sed de his  
amplius agemus in sequentibus.

Socius criminis cu de-  
ponit, iurare  
debet. Testes vero inhabiles cum admittuntur, sicut et  
teri iurare debent de dicenda veritate, ut alibi ple-  
ne scripsimus.

Sed de socio criminis an iurare debet, dubitatur: & Marcus Antonius Blancus tracta. de indi-  
cijs. nu. 384 in socio criminis no esse iuramentum ne-  
cessarium putavit. proualuit tamè Iulij Clari sententia  
in præf. criminis. §. fin. q. 21. versi. quaro nūquid. dictis  
dictum socio criminis no facere indicium nisi cu  
iuramento deponat. quoniam enim quo ad se ipsum  
sit reus, tamen dum deponit contra aliū, fungitur

A: vice testis videoque, non est sibi habenda fides nisi  
cum iuramento.  
B: Sufficit autem socio criminis iurare quandoque,  
sive antequam torquatur, sive etiam in re-  
presente ipso contra quem depositum ita Clarus pre-  
citato loco mihi magis probatur, ut in principio tu-  
ret, ut in reliquis testibus obseruat: quia cum  
deponit testis est potius quam reus.

Illa est etiam in hac quæstione principia dubita-  
tio, An huismodi testes suspecti & minus idonei  
cum admittuntur, torqueri debeant, an potius si-  
c etis ipsorum sine tortura sit standum. & glossa 15.  
q. 6. in summa, torquentis autumnat sive sint ferri,  
sive viles personæ, vel etiam si sint liberi homines,  
dummodo sint criminosi et infames, vel obscuri et  
ignoti. idem sequitur Hypolitus Marsilius conf.  
109. incipien. Spiritus sanctus. nu. 13. 14. 15. & in  
præf. criminis. §. diligenter num. 62. & Bartolus in l.  
cunctos populos. C. de summa trinir. & fide carbo.  
num. 12. eiusdem sententia esse videtur, sine testes  
sint infames infamia facti, sive infamia iuris: nam  
non admittuntur in quiri, nisi in subsidium, & cum  
tormentis. adde Gondissalum in præf. de heret. q.  
13. num. 15. & Iulium Clarum in præf. criminis. q.  
21. vers. sciam etiam.

Evidet tamen hæc sententia vera sit dura-  
men maius & aspera videatur. & ideo credemus  
testes inhabiles indicium facere sive maius sive mi-  
nus, spectatis personarum qualitatibus, & alijs cir-  
cumstantijs, etiam se spouste & sine tormentis testi-  
monium dixerint. & plane si testes inhabiles non  
admitterentur ad testimonium dicendum sicut or-  
mentis, facile auerterentur à dicto testimonio in  
causa fidei. quare benignior est & fortassis comodi-  
or hæc sententia, nou tamén ambiguo quandoque  
& posse & debere torqueri; quod quandoferi de-  
bet, arbitrio iudicantis relinquitur, spectata te-  
stium infamiam malitia, improbitate, & varietate.

De socio criminis quæstum est, an ei credi de-  
beat sine tormentis, & Iulius Clarus in præf. criminis.  
§. fin. q. 21. vers. scias etiam: torquentur arbitra-  
tur, ut fidem facias. Cum enim inquiri, ex pro-  
prio delicto sit effectus infamis, non debet admitti  
in testem sine tortura. idem omnino tenet Hypo-  
politus Marsilius in d. conf. 109.

Sed magis mihi placet sententia Iacobi Sima-  
co, de carbo. inst. iit. 64. nu. 38 afferentis, socium  
criminis absque tormentis indicium facere mains  
aut minus pro personarum qualitate, & criminis  
& aliarum rerum circumstantijs. verum ex causa  
torqueri etiam potest, ut proxime dictum est.

Quis autem dicatur socius criminis notatur in senten-  
tia negligere e. 2. q. 7. & in c. 1. 14. q. 6. & in c. ita pla-  
ne. 23. q. 2. & in l. comparatam C. ad leg. Flavianam, cur-  
de plagiarijs, & in l. quoniam liberi. C. de testibus.  
ubi late glossa, Cygnus, & Salycectus. & Archidiaco-  
nus in c. quicunq; de heret. lib. 6. verbo, sautores,  
vers. nec te moueat. Ex his colligo prius socium  
sive partipem criminis dici posse enī, qui com-  
mitit aliquod crimen cum illis, cum quibus habet  
societatem, cap. ita plane. 23. q. 4. abi: Ita plane si  
sociatur quis malis, id est si mali aliquid cum eis  
committit, item socius delicti dicitur, is qui  
parti-

particeps est eiusdem infractionis, ut præcitat loco Archidiaconus scripsit, & qui delinquentibus faciunt, participes & socii criminis vocantur, ut patet in præcitat iuribus glossa quam laudat Salycerus in d.l. quoniam liberi. C. de testib. ait non omnes criminosos appellari socios criminis, sed illos tantum, qui eiusdem delicti numero fuerunt socii, ita quod absunt oria lata pro uno proficit alterius: uel condemnatoria quale ei parit præiudicium. Reste tamen iudicio nostro, præcitat loco Salyctus addit, idem esse tametsi non sit idem crimen numero, dummodo sit ei connexum, verbigratia quia sit illius causa uel occasio, quare in causa heresis, qui induceret aliquem, ut alicuius hereticorum sermonibus interesset, socius criminis esset ei qui prædicaret, cum ei cooperaretur in eo delicto, & causa esset, ut alij inducerent ad audiendas hereticorum conciones. Exempla huiusmodi multa occurrere possunt, quæ ex prædictis facile intelligentur.

## Q V A E S T I O L X V .

An periuri possint in testes admitti  
in causa fiduci.

**S** Exagesima quinta quæstio est: Vitum Inquisitor periuros possit licite admittere, ad testificandum in causa fiduci, seu agendum?

Reppondemus, q. sic, ubi præsumat q. deponat zelo fidei orthodoxæ, ut patet in c. Accusatus. §. litter de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Licet uero periuri a testimonio etiam post pœnitentiam repellantur: si tamen ij. qui coram Inquisitoribus iuantes tam de se, quam de alijs super facto heresis dicere ueritatem, eam celando deierent, & postmodum uelint corrigeret dictum suum contra se, ac alias complices deponendo: cum etiam huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparet tales non animi leuitate, aut odio fomite, seu corruptione pecuniae, seu zelo fidei orthodoxæ dictum suum uelle corrigeret, ac modo (quæ prius tacuerant) reuelare, in fauorem fidei, (nisi aliud obstat) stari debet tam contra se, quam contra reliquos attestacionibus eorundem.

Regulare a est tamen in aliis, quod potius statut primo dicto, quam secundo. de hoc Archidiaconus ibi in glo.

## C O M M E N T . C X I I I .

**C** E periuris eadem fere dicimus, qua superiori commentario tradidimus de testibus in habibibus, verum in dicto cap. in fidei favore, de heret. lib. 6. nulla sit de testib. periuris mentio s. eorum n. Paulum diuersa consideratio habenda fuit.

Eymericus vero axioma de testibus periuris in hac causa tale est: Cum testes periuri præsumuntur zelo fidei dicturi ueritatem, audiendi sunt.

Periurus vero ideo regulariter à testimonio repelliunt, ut notant doctores in cap. testimonium de testib. vel quoniam infamis est, uel quia inepit cen-

A setur illius testimonium, qui uacillat, & de eadem re contraria profert modo aiendo modo negando.

De materia huius quæstionis agit Locatus in opere iudiciali, & Reperiorum Inquisitorum verbo, periurus. Gondissaluu tract. de her. q. 13 n. 12. Tabiensis in summa, verbo, Inquisitor. §. 35. Hieronymus Gigas tract. de criminis lese maiestatis, lib. 2. ti. quomodo, & per quos probetur. q. 1. Iacobus Nouellus, reg. 160. incipiente: Periurus, & alij.

Periuri vero quo admittantur in testes in causa fiduci, eleganter explicat Gondissaluu d. tract. de her. q. 13 n. 12. quem per omnia sequitur Hieronymus. Gigas præcitat loco: quorum hac sententia est: Periuri in hoc crimen ad testimonium dicendum tam contra se, quam contra alios admittuntur, dum tam ex manifestis apparuerit indicij, tales non animi leuitate, non odio, non corruptio pecunia; sed zelofidei uelle deponere, aut dictum suum, quod antea in forma testimonij deposuerant, uelle emenda re, & corrigerere, ac quæ prius tacuerant, reuelare.

Vt autem periurorum testimoniis dictis fides habeatur, ea concurrere debet: quæ superiori commentario diximus quæq; prescribuntur in dicto c. in fidei favorem. de heret. lib. 6. ibi: Si ex verisimilibus conjecturis, &c. ita Gondissaluu & Gigas præcitat locis additq; Gigas ibidem nu. 8. & 9. Quod si prædicta coniectura non concurrat de verisimili ueritate à periuro dicenda, tunc non est admittendus sine tortura, de quo quid sentiam, paulo antea dixi: quamvis fortassis in periuro maior adsit ratio cur torqueri debeat, quam in alijs inhabilibus.

**C** a Regulare est tamen in aliis, quod potius statut primo dicto, quam secundo.] Optime insert Eymericus hic ex contextu citato: posse testes corrige re dictu suu, si prius deierauerant, & postea ducti penitentia uolunt emendare quod male deposuerat.

Verum tamē dubium erat cui dicto esset standum? Cui dictio prima ne an secundo: & videbatur standu esse primo dicto, iuxta doctrinam Innocentij in c. præterea, sa fidei, an de testibus cogent. tradunt Abbas in c. veniens. el se primo uel secundo. de testibus. & Deus qui hanc assertit communen opinionem conf. 174. incipien. In causa falsitatis nu. 7. & conf. 189. & ceteri relati per Ioannem Roiam in singularibus fidei singula. 194. incipien. Testis qui in iudicio, in principio.

Ceterum, in causa fidei speciale est, ut posteriori dicto testimoniis, ut vere docet hoc loco Eymericus: cuius sententia communis consensu approbatur, quam tenet Archidiac, in cap. accusatus. §. licet de heret. lib. 6. relatus apud Eymericum supra parte 2. Gondissaluu tract. de heret. q. 13. nu. 12. Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 13. Ioan. Roias in dicto singula. 194. & alij plerique,

Hæc tamē sententia, quod posteriori dicto credatur in causa heresis tunc procedit, quādo ex manifestis coelestibus appareat posteriora dicta uerisimiliora esse quam prima, testesq; Priorib; contraria deponere zelo fidei, non malitia aut pecunia corruptos: quod apertissime probat textus ibi: si ex manifestis indicis apparet ueritatem tales non animi leuitate, aut odio fomite seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum uelle corrigeret. Nisi n. hæc indicia apparuerint, ex quibus ostendatur

datur posteriora dicta veriora esse, Prioribus depositionibus erit standum, ita Couarruias lib. 2 varia resol. cap. 13. n. 9. & Ioannes Roias sing. 206. incipien. Testis qui contra.

**Sententia de Rursus**, hanc sententia de reuocando primo dicto, reuocando pri de fide adhibenda secundo, non modo procedit mo dicto est quando deponentes testificantur contra se, & con procedit, cujus dictum suum apertissime indicat praeceps contra quilibet. **tatus textus in dicto e. accusatus §. licet, de heret. lib. 6. sed etiam cum deponunt simpliciter contra alios quoslibet ita videntur velle, ex quo indistincte loquuntur, Zanchinus tract. de heret. c. 14. n. 5. Repertorium Inquisitorum verbo, testes. §. sed ponamus. & Arelatanus praeceps loco, contra quam velle videatur Couarruias lib. 2. varia resolutio. c. 13. n. 9. ubi dicit, non temere Romanum Pontificem commemorasse, testimonium ibi exhiberi a testificante contra se ipsum & criminis socios, cum maxima sit veritatis presumptio propria culpa cognitio, & eius apud iudicem professo.**

**Opinio Co uarruias re ecta.** Verum, dico quod cum hoc sit fauore fidei concessum, & fauor fidei equaliter reperiatur tam in testificante contra se & complices suos, quam contra quoslibet alios tertios delinquentes profecto in omnibus hanc sententia locum habebit. **Rursus**, textus eriam in dicto §. licet, satis indicare videntur hanc sententiam Couarruiam, dum ait: Stati debet tam contra te, quam contra reliquos attestatio nibus eorumdem: Nam dum reliquos, dicit Romanus Pontifex, omnes complectitur. l. cum optio. ff. de optione legata. ibi: Reliquorum appellatione omnes ad Maximum pertinent.

**Secundo dicto**, quando non stetur in causa fidei, Postremo, prefata sententia de stando secunda depositioni, vera est, cum quis in secundo dicto reuelat heresim & delictum: Iesus sine negat, cum prius de heret. depositi, ut si quis prius dixisset in iudicio, Bucerum negasse purgatorium; deinde vero hoc retrahasset: quia hoc casu priori dicto stabitur, non secundo. Repertorium Inquisitorum verbo testes. §. sed ponamus. & §. seq. & Zanchinus tract. de heret. cap. 14. n. 5. ubi pulchram huius dicti rationem assignant: quoniam ex quo alloqui potuit reum, presumitur corruptus & subornatus, ideoque primo dicto erit standum.

Illud tamen verum est, ob reuocationem non nihil priori testimonio detrahi: quod quantum sit, arbitrio indicantis relinquitur; talis autem testis nebul falsus puiendus videtur: de cuius panis alibi scripsimus, & Repertorij & Zanchini sententiam sequitur Couarruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 13. num. 9. quibus libenter subscribo, in quo prudentissime animadvertisendum est, ne ob huiusmodi reuocations delictum heresim impunitum quaque relinquatur. vide ad hanc materiam, si plures desideras Felinum in cap. cum in tua. de testibus. Alciatuum tracta. de presump. regula 2. presumptio ne 29. & Albertinum in c. 1. de heret. lib. 6. q. 16. n. 72. & multis sequent.

## Q V A E S T I O L X VI.

An infames & criminosi in testes recipi valeant in causa fidei.

**Exagelma sexta quæstio est:** Utrum la quisitor infames & criminosi, aut seruos contra dominos, possit licite admittere ad agendum, seu testificandum in causa fidei?

Respondeamus quod sic: unde Archid. inc. Accusatus, de heret. lib. 6. in § licet. Super ver. exceptu. dicit ita: Tanta est labes criminis haeresis, quod ad eius accusationem etiam serui aduersus dominos, & quilibet criminosi, etiam infames aduersus quemlibet admittuntur, ut 2. q. 7. §. huic opponitur. Ad idem ea. q. cap. Pagani. §. in hoc, & §. sed queritur. & extra de simo. c. Si dominus. &c. Tanta. Et idem est in alijs criminibus exceptis, scilicet in simonia, in sacrilegio, & in crimen laesa maiestatis. 25. q. 3. Sanæ.

De criminosis lati etiam in c. In fidei, de heret. lib. 6. ubi participes & socii criminis admittuntur, ut dictum est supra q. 64.

De infamibus etiam patet; quia per iuri de iure sunt infames, & tamen per iuri admittuntur, ut patet in cap. Accusatus. §. licet, & dictum supra quæst. proxima.

## C O M M E N T . C X V.

**Q** uæ ad hanc questionem spectant abunde sunt à nobis exposta supra super q. 64. & 65. quæ propere non erunt amplius hoc loco inutiliter reperenda. interim video Zanchinus tract. de heret. cap. 13. & Bernardum Comensem in Lucena Inquisitorum verbo, c. 1. §. 18.

Criminosi autem testes & quilibet inhabiles in Crimina hac causa admittuntur ad testimonium dicendum, siue agatur contra Seculares siue contra Regulares, ut optime notat Panormitanus in cap. licet. Heli caudatus de simo. num. 20. super glo. in verbo, indiscretus.

Quod vero Eymericus scribit hic ex sententia Archidiaconi, videlicet in depreciationem huius crimini etiam seruos admitti ad testificandum contra dominos, verissimum est, praesertim in defectione aliarum probationem.

Ceterum obseruandum est plerumq; seruorum, immo quidem, & famulorum dictis modicis fidei esse adhibendam, cum dominis suis infamissimi esse soleant.

Iam non solum serui contra dominos admittuntur, sed et cù opus est aduersus eosdem dominos, immo quidem & aduersus extraneos torquentur, ut Salycetus & alii optime scripserunt, in l. 1. c. de quæst. per textum ibidem cuius hæc sunt verba: Quelionem de seruis contra dominos habeti non operari, exceptis adulteri crimini, item fraudati ecclesiis accusationibus, & crimen laesa maiestatis, quod ad salutem princeps pertinet hæc ibi. Addit. Joannem Roiam singul. 183. incipien. Seruus. o. est torquendus, & Simancam de cath. instit. ti. 6. do seruus. num. 13. & Panormitanum in cap. cum in compilatione. in fine, extra de reg. iuris,

## Q V A E S T I O L X VII.

An inimici capitales admitti possint ad testificandum, &c.

Sexage-

**S**Exagesima septima quæstio est: Vtū Inquisitor inimicos capitales aliqui delati possit in causa fidei ad testificandum, seu agendum admittere contra illum?

Respondemus q̄ non: unde Archid. in c. Accusatus. §. licer, de hære. lib. 6. super uer. exceptum. premisso quo modo in crimine hæresis, & alijs criminibus exceptis admittuntur ad testificandum, agendum serui contra dominos suos, & criminosi, & infames, contra quemlibet, ut habitat est supra quæst. proxima dicit sic: non tamen intelligas, quod in hoc crimine inimicus capitalis admittatur ad accusationem, 3. q. 5. c. 2. & desimon. Licet Heli. in fi. & c. Per tuas.

De hoc satis nota Holt. in summa. de accus. §. quis possit. Et Archid. in c. Ut officium. §. uerum. de hæret. lib. 6. super uer. testimoniū. in fi. dicit sic; Debent etiam Inquisitores per se, inquirendo de inimicitia testimoniū, cum is, contra quem inquiritur, de talibus nequeat diuinare quid quisque dicit. Quis ubi potest testimoniis graue periculum imminent, testimoniū nomina delato non publicantur, ut in c. Statuta de hæret lib. 6. Idem b̄ dicit dominus Guido Fulcodius post Clemens iiiij. in fine illarum, 15. quæstionum, quas fecit ad Inquisitores.

## COMMENT. CXVI.

**I**n hac quæstione Eymericus vnam proponit exceptionem in hoc crimine, quæ obiici possit aduersus testes, videlicet, Inimicitiam capitalem: hæc enim testimoniū repellit prorsus in hoc tribunali.

Optimo autem cōsilio de hoc differit auctor hoc loco: nam cum in superioribus docuisse, testes inhabiles in hoc crimine fauore fidei admitti ad testificandum, dubitari poterat, an etiam inimici capitales admitterentur.

Iura quibus vtitur auctor, optimè probant suā sententiā, quæ vera est, & cōis, sanctiāq; iam olim dñobus illis sapientissimi prælatorum conciliis Biterrensi, & Narbonensi, in quorum illo cap. 13. ita scriptum est: Illis tantum exceptionibus fidem testimoniū euacuantibus in totum, quæ non ex zelo iustitia, sed de malignitatis fomite procedere videantur, ut sunt conspirationes, & inimicitiae capitales. hæc ibi in Narbonensi vero c. 25. ita: Illis tantum exceptionibus, fidem testimoniū ex toto euacuantibus, quæ non ex zelo iustitia, sed de malignitatis fomite procedere videantur, ut sunt conspirationes & inimicitiae capitales. hæc ibi. concordat tex. in c. repellatur in c. meminimus, & in c. cū oporteat, de accusa. & in c. si testes. 4. q. 3. & alibi sape. tradit Gondissaluu tract. de hæret. q. 13. nu. 13. & cateri quos retuli supra in hac 3. parte titu. de defensionibus reorum. nu. 118. ubi panca quædam dixi de capitali inimicitia, quæ ei in instituto conueniebant: nunc vero cetera sunt tradenda quæ & cognita necessaria, & r̄su sunt frequentia.

Nusquā aut̄ reis magis nocere potest inimicitia testimoniū, quam in hoc tribunali cū ipſis nomina testificantiū non aperiatur, sciat in alijs delictis fieri iure solet, & ob id Eymericus hunc locū de cognosc-

A scēdis inimicis capitalib. egregie tractauit 3. p. nu. 118. & seq. præscribēs modos uarios, quib. Inquisitores intelligent, an testes inimici sint reo nec nc.

Causas uero ex quibus inimicitia talis oriatur, paucissimas tradidit auctor prædictato loco. ceterum cum ea res sit magni ponderis in hac causa, vt lectoribus plenus satisfaciā, viſum est nec indecens nec inutile, referre hic ex varijs locis, & iuris peritorum responsis causas, ex quibus insie credantur capitales inimicitia oriri, ut cum cognitæ fuerint, testificantum dicta repellant.

Sunt qui dicant iudicantium arbitrio esse relinquentū definire quæ inimicitiae dicantur capitales: Quæ inimicitia sit capi- B propterea quod à iure nominatim cause præscripte tales arbitrio iudicantur te- nō sunt. Fely. in c. cū oporteat, de accusa. nu. 5. Ma- linqui.

Maria. Soc. in c. repellantur. nu. 13. & Grammetius conf. 57. incip. In causa mibi transmissa. nu. 9. quos alij recentiores sequuntur. Verum ne de nouo arbitri oporteat, ac ne in arbitrando propter humana fragilitatem in re tam graui decipiamur, tu- tius erit in hac re aliorum arbitrium sequi. quamquam non diffitear hanc facultatem non esse iudici denegandā, cum possint occurrere casus, ex quibus orientur inimicitiae, quos alij nondum præuiderūt.

In Hispania legib. septipartitis nominatim tra- Lege Hispa- duntur cause plurime, ob quas vius in alterū iure na notatæ dicere testimonium prohibetur, nam in l. 22. p. 3. causæ capita C tit. 16. sapientissimè, & prudentissimè ita scriptum est. Malquerencia mueue alos omes muchas ve-

gadas de manera que maguer son sabidores de la verdad que non la quieren dezir ante disen el contrario. E por ende defendemos, que ningun ome que sea omiziado con otro de grand enemi stadi que non pueda ser testigo contra el en ningun pleyo si la enemistad fuere de pariente que le aya muerto, o que se aya trabaiado de matar a el mismo, o si le ouieffe accusado, o ensamado sobre tal cosa que si le fuera prouado ouiera de recebeler muerte por ello, o perdimiento de miembro, o echamiento de tierra, o perdimiento de la mayor partida de sus bienes. Ca por qualquier destas maneras, que aya enemistad entre los omes non deuen testiguar los vnos contra los otros en quanto la enemistad durare. haec tenus ibi.

Quorum verborum hæc est sententia latine: ut Legis senten- cunq; reddit. Prohibemus ne quisquam, qui ma- tia qualis. gnam gerit cum altero inimicitiam, contra illum in aliqua causa possit esse testis; ut si inimicitia sit cōtracta ob consanguineos occisos: aut quia te- stis conatus est occidere eum, contra quem vult te- stificari: uel accusavit eum de delicto, quod si fuis- set probatum, sequeretur uel mors, uel membra abscissio, uel exilium, uel amissio majoris partis bonorum; nam ob singulas ex causis prædictis non potest unus contra alterum esse testis, durante inimicitia: ac talis quidem est legis sententia.

Prima ergo causa capitalis inimicitiae oritur cōtra eum qui occidit consanguineum meū, ita Bart. ite capitalis in l. 4. §. ff. de adimen. legatis, & Hypolitus Mar- filius in l. 1. §. præterea. ff. de quæst. per textum in l. lex Cornelii. ff. de iniurijs addit. Socinus in cap. re- pellantur. de accusat. nu. 14. non solum esse effectum mihi inimicū capitale, qui consanguineum meum inter-

*interfecit, sed etiam si tantum dederit operam, ut A  
interficeretur.*

## 2. Causa.

*Altera causa capitalis inimicitie oritur, quod quis conatus est occidere eum, contra quem vult reficari. ita docet eleganter Eymericus, 3 p.n. 118. ibi; vel mors fuit intentata. ubi paulo post addit elegans rationem, cur talis sit a testimonio merito repellendus; ibi; propter quod praesumitur.*

### 3. Causa.

*Tertia causa*, quæ proximæ superioris videtur explicatio, oriatur ex solis minis de occidendo. glos-  
sa in l. licet ff de recepr. arbit. verbo, capitales. Ale-  
xander confit. 14. incipien. Ponderatis. nu. 3. lib. 3.  
Grammaticus confit. 5. 7. incipien. In causa mihi  
tralmissa. nu. 8. Abbas in cap. repellantur. nu. 4.  
de accusatio. Cardinalis in cap. cum oporteat.  
de accusatio. quo loco Ioannes Anania num. 7. opti-  
mè dicit, hoc tunc procedere (secundum Baldum in  
l. metum. C. de eo quod me. cau.) quando is qui mi-  
natur aut est potens ad id faciendum quod mina-  
tur, aut est solitus minus suas executioni mandare,  
iuxta notata per Doctores in simili in l. 1. C. vnde  
ri. & in l. ut uim ff de iust. & iure, quod refert. &  
sequitur Marsilius in dicta l. 1. C. p. 1. ff de quest.

4. *Catifa.*

*Quarto inimicitia capitalis oritus ex insidijs paratis vitæ eius contra quem is qui parauit vult te sticari. glo. in §. inimicitia. verbo si capitales, insit. de excusa. tuto. Eymericus supra 3. par. nu. 118. pers. repellitur igitur ab: seu ea quæ sunt ad mortem inducīta, aique via. tales enim sunt insidiae.*

5. Causa.

*Quinto nascitur ex eo, quod quis accusavit aliquem de causa capitali, ut verbi gratia de homicidio, crimen laesae maiestatis, rapina, crimen nefando veneris, præpostera, adulterio, seu quolibet alio delicto ex quo nascitur infamia, quod si fuisset probatum, imposita fuisset pena mortis, abscissionis membris, aut publicationis omnium, vel maioris partis bonorum, aut exiliij. Bart. in l. 4. §. ff. de adimellegatis glossa in dicta l. 3. verbo, capitales. ff. de recep. arbit. glossa melior, & apertior in d. §. inimicitia. verbo, si capitales. inst. de excusatio. tuto. Abbas in c. accedens, ut lite non contest. & in cap. repellantur. num. 4. de accusat. Zabarella in cap. cum aportaret. num. 2. de accusat. & alii per hoc se extit.*

6. *Canfa.*

Sexto oritur inimicitia, quæ repellit testimoniis quoties, licet non accusauerit aliquem de criminis capitali, depositus tamen in causa criminali contra eum.  
Abbas Joannes de Anania, Socinus, & alii in c. cū P. Manconella, de accusatio faciunt tradita per glossam, Bartolum, & Doltores, in l. 3. ff. de testimoniis. & per Specula. sit. de teste. §. 1. in prin. adde omnino Grammaticum consil. 46. incip. In causa magni Tristani, num. 4. & seq.

7. Causa.

Septimo oritur capitalis inimicitia, ex eo quod aliquis eum, qui modo contra se testificatur, detinuit aliquando in vinculis. Feinus in cap. repelluntur de accusatio. nu. 3, versic. adde quod si tenuire. Grammaticus conf. 46. incip. In causa magni Tristani. nu. 1. & 2. hac autem inimicitia semper dura re praesumitur, nisi contrarium probetur, ut docuit Baldus in l. non ignorabit. C. ad exhib. quæ inimicitia tunc creceret rebentius contra carceran tem si in dicta carceratione fuisset incaceratos tortura suppositus, ut idem admonent.

Octauo oritur ex sola iniuriariū prolatione. Baldus in c. veniens circa finem de iure in iurando. quem sequitur Iason in l. procuratoribus. C. de procura. Marsilius in dicta. l. 1. §. præterea ff. de quæstio. ubi ita quandoque indicatum fuisse restatur idem Marsilius consil. 3. incipien. Sæpe ac sæpius decreui. Thomas Grammaticus voto 6. incip. in causa excellenti Comitis. nu. 4. & 5. & alij, quos prudens omitto. exempla talia esse possunt: appellare virum coniugatum cornutum, siue vxorem eius mere tricem: item si quis virum honestum dixerit, ebrium: monachum dixerit, apostatam à sua religione: presbyterum dixerit, simoniacum: aduocatum appellauerit, impositorem: procuratorem, cauillatorem: iudicem, acceptorem personarum; tabellionem, falsarium: mercatorem, monetarium, seu pecunias rondenem, & his similia: atque ut uno verbo dicam, verbum iniuriosum dicitur, cum siue in genere, siue in specie delictum aliquod commissum licet comitetur vel non sit, alicui improparatur, ut notant Barini, in iuris tolus, Baldus & communiter Doctores, in l. 3. ff. liberis, & posthumis. Faber, Aretinus, Joannes de Platea, & alii, in §. 2. institu. de iniurijs.

Sed in hoc multium considerare oportet personas inter quas conuicia sunt prolata: personae enim illi habent viles, & infames, quemadmodum parum curant hec ratio causa norem, ita quoque facile ad preferendas iniurias, utique pro rhinopunt, quarum etiam facilissime obliuiscuntur, & mox reconciliantur; quod rivilibus feminis solet frequentissime contingere: nobiles autem & ingenui non sunt ita iudicandi: ac inter hos vere dixeris, ob conuicia oriri mimicitias capitales.

Rursum, plurimum consideranda est Provinciae-  
rum & ciuitatum consuetudo: sunt enim quodam  
modo in una Provincia, que in alia non solent  
eius coniunctus accipi.

Nunquid autem iniuria fiat dicendo alicui; mercenariis tradit Bart. in l. si quis extraneus de acquir. heredem. ubi iniuriam fieri dicit. idem sentiendam est cum alicui dicitur; tu es spurius, quamvis re vera spurius sit. Thomas Grammaticus decif. 37. incip. Magnificus Carolus. que tamen si quis effugere vellet postquam prolatula sunt obseruet cautelam 39. quam tradit Thomas Ferrarius.

Item oritur capitalis inimicitia, ex eo quod quis alterius uxorem tenet marito innito reclamante, ac repugnante. Antonius de Burrio, & Baldus, & alij, in c. acedens. el 2. ut liceat non contesta, quos sequitur Marsilius in d.l. 1. 5. praeterea ff. de qual. nu. 2. 3. adduntq; idem esse intelligendum de eo qui terram alterius tenet quod intelligere etiam per vim, re villas, agros, prata, domos, & similia, ex quorū fructibus commodum suscipiat.

*Quod autem de uxore dictum est; idem est sentias  
de sororibus, & alijs faminis nobis coniunctis,  
quarum honor vel infamia nos plurimū potest affice-  
re, quarum pudicitia si attentata solum fuerit, no-  
bis inferius iniuria, per textum in §. 2. insit. de in-  
iurijs. ibi: Siue quis matrem familias, aut patrem  
tatum, pī extatam vē aliī clatus fuerit, siue cu[m] us  
pudicitia attentata esse dicetur, hec ibi. Concordat  
textus in l. item apud Labeonē. S. si quis virgines.  
ff. de iniurijs, quoniam ex his factis inibentur, &  
im iudic*

impudicis infamia generatur, & iniuria infertur, & inde inimicitia inter viros honestos, & probos nascitur. l. i. cum ibi notatis. ff. quibus vt indig. glo. in l. sororem. C. eod. tit. Joannes Anania in cap. cum oporeat. num. 6. extra de accus.

Item oritur inimicitia capitalis, si quis alteri moueat questionem status, afferens, videlicet eum esse libertum non ingenuum natum, aut esse seruum, iuxta textum in §. item is. instit. de accusatio. tut. iuncta glossa ibidem, verbo, pupillorum. ita Accusatio in §. inimicitia. verbo, si capitales. instit. de accusa. ut argumento textus in cap. frequens. de restituto spolia. glossa in authen. de teste. §. si quis vero, verbo, questiones. Bald. in l. athlet. & §. dant remissionem. ff. de excusatio. tuto.

Item oritur capitalis inimicitia, cujus mouet alium questione de omnibus bonis, aut de maiori bonorum parte. ita in d. l. 22. partit. 3. tit. 16. quam initio huic commentarij retuli, quod ipsum afferunt etiam multi ex illis, quos adduxi in precedentibus, & Felyn. in cap. quoties, de testibus, num. 5. Panormitanus in cap. l. nu. 3. de indicis. idem Panormitanus, in cap. repellatur de accus. nu. 4. Ioannes de Anania in c. cum oporteat. de accus. num. 6. Alex. consil. 99. incipit. In causa accusationis. lib. i. & alijs per hos relati. Huius cause ratio non est difficultis, quoniam ex ablatione, vel retentione aut omnium aut maioris partis, bonorum, vita non medioter luditur, quia sine alimentis irascerere non possumus: bona enim temporalia vita hominis dicuntur, vt notatur, in l. aduocati. C. de duo. diuer. iud.

Idem sentiendum est, cum questio est de magna pecuniarum quantitate, vt voluit Bar. in l. 3. ff. de testib. ad quod facit doctrina Baldi in l. parentes. C. de test. vbi causam ciuilem magnam equiparat causa criminali, quos sequitur Marsilius, in d. l. 1. §. præterea. num. 23. ff. de quest.

Idem etiam sentiendum est de spoliacione, aut perditione vnius magnæ rei tantum: hinc enim nascitur inimicitia capitalis. cap. item cum quis de refut. spol. facit cap. accedens. el. 2. vt lire non contesta. tenet nominatum Joannes Anania in cap. cum oporeat. num. 6. de accusa.

Item oritur inimicitia capitalis, cum quis offendit alium in persona vel in rebus. de rebus proxime dictum est, de persona id assertit Baldi. in l. in his. ff. sol. matri. quem sequitur Marsilius in d. l. 1. §. præterea. ff. de questio. quod docuit etiam eleganter appositis exemplis Eymericus supra 3. par. num. 118. ibi vel vulnera grauiæ, & lethalia, que func in primis procedunt, cum in honesto modo aliquis corporalem iniuriam perculit, vt si cui pugnus seu alapsus inflicta; aut fustibus sit pulsatus, seu cana: quod genus iniuriæ magnam opinionem hominum affert. infamiam, & dedecet, per textum singularem in §. 2. institu. de iniurijs ibi: Cum quis pugno pulsatus, aut fustibus caelus, vel etiam verberatus erit, &c. & doceat copiose Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. cap. 6. num. 1. & seq.

Idem sentias quoties quis alterum in facie negligavit, praesertim si turpis in vultu romaneat cicatrix. Alex. consil. 99. incipit. In causa inquisitionis, quem sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. præ-

terea. ff. de questio.

Ad hac non potest esse testis in criminibus exceptis qui dudu fuerat inimicus, si recenter est reconciliatus. c. i. accusatores. el. 1. 3. quæst. 5. cuius verba sunt: Accusatores & testes est non possunt, qui ante hesternum diem, aut nudius tertius inimici fuerunt: ne irati nocere cupiant, vel laeti se vleisci velint. hac ibi. vbi id notant Præpositus, & Turrecre. & Fely. in c. eam te. de rescr. vers. infidelitas. Alex. consil. 99. incipit. In causa inquisitionis. Grammaticus. consil. 57. incipit. In causa mihi transmisla. num. 8. Alciatus tract. de passum. regu. 2. presumptione 11. Innoc. in cap. cum oporteat. de accusa. Marsilius in dicto l. 1. §. præterea. num. 4. ff. de quest. sequitur Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. c. 22. num. 14.

Item descendentes ab inimico capitali presumuntur etiam inimici, & ideo à testimonio repelluntur. l. athlet. & §. dat remissionem. ff. de excusat. tut. vbi id notant. Bald. & communiter Doct. quos sequitur Ant. Gomez loco proxime citato eadem ratione collaterales usque ad quartum gradum reputantur inimici. argumento textus in l. lex Cornelius. §. 1. ff. de iniurijs. & ita tenet Bald. in d. §. dat remissionem proxime citato, & Marsilius in d. l. 1. §. præterea. num. 103. ff. de quest.

Huc spectant quæ docet Felynus in cap. repellatur. de accusatio. num. 4. vers. item adde dum ait Si ego contraxi inimicitiam cum uno de una familia, presumitur quod omnes de familia sua sint mihi inimici usque ad quartum gradum inclusuè, & volunt Baldi. in l. si vasallus. el. 1. in tit. si de feudo fuerit. cont. hoc Fel. tenet quoque Angelus consil. 248. incipit. In splendida diffina ciuitate. & Alexander de Imola consil. 24. incipit. Animaduersis his. lib. 2. & Grammaticus consil. 13. incipit. In causa istorum.

Item presumuntur inimici mei qui cu mei ini. 15. Causa. micis commorantur, & propterea à testimonio merito repelluntur. cap. accusatoribus. 3. q. 5. vbi Gennianus, & alijs, & cap. repelluntur, & c. cum oporteat. de accusa. hic amicus inimici mei non admittetur ad me accusandum, neque ad testimonium contra me dicendum, praesertim si cum meo inimico sit magnus in eius amicitia, vt præcitat locis plenè notatur. id ipsum sentias de eo, qui fecit (vt nostri loquuntur) parentela seu confederationem cum inimico meo capitali, vt voluit Baldi. in l. liberi. C. de inoff. testa. vbi de hoc copiosè agitur per Doctores.

Idem loco habet in eo qui contrahit amicitiam cu meis inimicis: is enim inimicus meus recte dicitur, vt latè & vere probat Thomas Grammaticus consil. 24. incipit. Et quia nihil ita num. 6. vol. 2. & Ias. in liber. C. de inoff. testam.

Tandem non ineptè quis dicat eos esse inimicos censendos, & propterea fortassis à testimonio repellendos, qui sunt de aliqua familia, seu factio alteri familie, & factioi contraria, quales sunt Guelphi, & Gibellini in tota Italia, & in singulari ferè vribus est una aliqua familia potens, & nobilis alteri contraria; nam horum testimonium mutuo contra se non effet forte facilè admittendum. Baldus. in lege vñca. C. de rapr. virgin. quem

Qq. sequitur

sequitur Ioannes Royas singulari 200. incip. Testis inimicus. nu. 8.

Verū in hac parte multo iudicio opus est: nam si testes spectat & essent virtutis & probitatis, etiā in his prædictis talis sinistra suspicio cesseret, quamvis in alijs multū esset consideranda: solent enim sepe homines ex huiusmodi familijs & factiōibus rehē mēter inter se inimici eſe: in alijs vero iam penitus ista cessat, quāvis aliquād inimicitia intercesserit.

Atque ex his & alijs huiusmodi causis arbitrio iudicantis prudenter cognoscendis inimicitia capitalis dicitur oriri, qua vbi probata fuerit, testem repellit, ut paulo post dicam.

**S**uperiores causa inimi-  
citate inimi-  
citate quādo  
procedant.

Iam superiora locum habent etiam si inimicitia contraria effet culpa eius contra quem deponitur, vt scribunt communiter Doctores in dicto c. repellantur. de accusatio. glossa singularis in d.l. athlere. §. dat remissionem. ff. de accusatio. tuto. quam sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. c. 12. nu. 14. vers. quod etiam extende.

Item habent locum quoties subest causa inimicitia, vnde verisimiliter oriri possit, quamvis testis dicat & afferat se nō esse inimicum. Innocentius in c. cum l. 1. A. de sentent. & re iud. Bar. in l. 1. ff. de his quibus vt indig. Abbas in c. repellantur. de accusatio. & alijs, quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. c. 12. nu. 14. & Grammaticus voto. 24. incip. In causa Nicolai. nu. 1.

**Q**uando cef-  
fent superio-  
res causa ini-  
micitia.

Superiora tamen omnia axiomata de inimicitia bifariam porissimum limitantur. Primo quoties reconciliatio inter inimicos intercessisset antiqua & benefundata. quādo autem intercessisse dicatur, arbitrio iudicantis relinquitur: nam tunc cum cef-  
set inimicitia causa, cefsat etiam ratio, ob quam re-  
pelli testes debeat. argum. tex in l. 3. §. fi. & l. seq.  
ff. de adim. leg. vbi Bar. & communiter Doctores.

**Q**uid obser-  
vandum in  
causis inimi-  
citatia capi-  
tis.

Rursus non procedunt quoties inimicitia effet dolo procurata & fraude. eo enim progresca est hu-  
mana audacia, vt sapientes cum intelligent in  
aliquo grani delicto aliquem posse contra eos testi-  
ficari, fraudulenter prius quæsita causa cum eo  
rixantur, eique sponzis in iuriam inferunt, vt postea  
eum repellere a testimonio possint; & ita liberen-  
tur a crimine, quod re vera commiserunt. nam hoc  
casu non debet talibus sua fraus patrocinari; ideo-  
que talis offensus poterit admitti in testem contra  
offensorem. ita Bar. in l. 1. §. cum quis. ff. de questio.  
Bal. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis. cantic. Iacobus de sancto Georgio in l. 2. ff. de testibus, & alijs  
quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3.  
varia. resolutio. cap. 12. nu. 14. vers. ita etiam limita-

Deniq; admonebo in superioribus causis, ac ēt in alijs, ex quib. inimicitia capitalis oriri solet, mul-  
tū esse considerandā personarum qualitatē: sapientes  
contingit, vt illa causa, qua sufficiens est ad produ-  
cendam inimicitia capitalem inter alios, in alijs  
non sufficiat. contra vero sunt multi ita sapientes in  
genio iniqui & malevoli, vt ex leni causa ingentes  
concipiant animo iras aduersus alios, quos cum nō  
possint, aut non audirent palam offendere, clam mo-  
litur aduersus eos omnia iniquitatū genera. noni  
huiusmodi multos, & tales in primis reperiuntur in  
curia magorum Principum, quos interdum alte-

**A**rius felicitas, absque illa alia causa in iniicitiam concitat. atque hoc est diligentissime in hoc tribu-  
nali animaduertendum. hoc enim quamvis non om-  
nino repellat testes, tamen diminuent fidem illorū.  
a ¶ Dicit sic, non tamē intelligas, quod in hoc  
crimine inimicus capitalis admittatur ad accusa-  
tionem; &c.] Ex hoc Eymerici loco intelliges cor loca loca  
ruptam esse glossam Archidiaconi in c. accusatus  
§. licet verbo exceptum. de har. lib. 6. quem hic citat anchor; nam fere in omnibus vulgaris codicib.  
affirmative legitur ita: & intelligas, quod etiam in  
hoc crimine, inimicus capitalis admittatur ad ac-  
cusationem: nam procul dubio negative legendum  
est ita; non tamē intelligas, quod etiam indicant  
apertissime textus in banc sententiam ab Archidia-  
cono citati, in quibus inimici capitales, & accu-  
re, & dicere testimonium prohibentur.

Ex quib. intelliges fortassis deceptum fuisse Ni-  
colami Arelatanum tract. ac ber. notabilis. 10. inci-  
pier. Non ignoras. ubi dixit speciale esse in crimi-  
ne heresis, ut inimicus inimicum possit accusare.

b ¶ Idem dicit Dominus Guido Fulcodius, post  
Clemens Quartus, &c.] Hic locus Guidonis Ful-  
codij, cuius meminit Eymericus valde est insigis  
in hac causa, legiturque in q. 15. c. 17. vbi cum pre-  
missser diligenter esse testes interrogandos, &  
quirendas ab eis causas dictiorū, seu depositionem,  
subdit in hac verba: Et hoc dico cum tanta diligē-  
tia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur,  
præcluditur via iuris in notitia testium, & reddendo  
dis interrogatoriis prout in iure fieri conve-  
nit: & quanto magis eis præcluditur, tanto sollici-  
tudo maior vobis incumbit; adeo quod etiam de  
inimicitia testium per vos debetis inquirere, cum  
non possint alij diuinare, & nisi testes plene &  
plane in omnibus concordauerint, melius est vo-  
bis purgationem indicare, vel disferre senten-  
tiā, quam damnare, haec tamen ille.

#### Q V A E S T I O L X V I I I .

An hæreticus admittendus sit in te-  
stem contra fidem.

**S** Exagesima octaua questio est: Vtrum in-  
quisitor hæreticum possit admittere, ad  
testificandum in causa fidei contra fide-  
lem, uel etiam pro fidelī?

Respondemus quod non: nam hæretici, & cri-  
mino si regulariter sunt à testimonio repellendi,  
nisi in quantum de iure inueniuntur concessionem: nō  
inueniunt autem, quod hæreticus possit testificari  
E pro fidelī, uel contra fidelem. Ad hoc est Archi-  
diaconus, in c. In fidei. de hæret. lib. 6.

#### C O M M E N T . C X V I I .

**V** Num est axioma in hac questione, videlicet,  
Hæreticum non posse testificari neque contra  
fidelem, neque pro fidelī in causa heresis. huius  
axiomatis duæ sunt, partes prior dubia est, poste-  
rior autem satis facilis.

Et quādū ad primam partē spectat, hoc obser-  
vandum

uandum est iudicio meo plurimū ferre, an hereticius testificetur cōtra fideles in causis fidei; an vero in alijs causis, que ad fidē non spectent, ut in contra fībus, & alijs etiam delictis ab heresi separatis; nāsi in causis alijs à fide separatis testificantur, quid de illorum testimonio sit sentendum, tradit Imperator in l. quoniam. C. de heret. vbi glossa, Bartolus, Salycetus & communiter Doctores, Speculator tit. deſte. §. 1. Repertoriū Inquisitorum verbo, testes § an hereticus. & alijs plerisque locis.

Et quamvis legibus ciuilibus quādoque liceat hereticis testimoniu[m] ferre inter catholicos, vt in cōtractibus & vltimis volūtibus, ne probationum usus angustetur, vt in d.l. quoniā. C. de heret. at scri canones praealēt, quibus cauetur ne eorum testimoniu[m] recipiatur, sunt enim excommunicati, cum quibus omne cōmerciū est catholicis interdictum, omnisq[ue] cōmunicatio prohibita. cap. excōmunicamus 1. & 2. extra de heret. hinc legimus in Cōcilio Toletano IIII. quod referritur in cap. non potest. 2. q. 7. hæreticos ad testimoniu[m] admitti non debere, quāuis dicāt se esse Christianos. tradit glossa in c. si hereticus. 2. q. 7. Repertoriū inquisitorū præcitatō loco. Zanchinus tract. de heret. c. 13. nu. 2. & alijs.

Sed nec nouo iure ciuili hæreticorum testimoniu[m] admittitur in vlla causa, neque ciuili neque criminali: nam Federicus Imperator in l. Catharos. ita sauciuit: Nec ad publica officia seu cōsilia, vel ad aliquos eligendos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur, hac ibi. & habetur in authenticis credentes. C. de heret. tradit pulchre Conradus Brunus lib. 5. de heret. c. 10.

Placet tamen Iasoni & Alciato in l. 2. C. de sum. Trinit. quo s refert & sequitur Conradus Brunus præcitatō loco, hæreticorū testimoniu[m] admitti posse vtraque parte approbatē, vel cū hæretici rem a se gestam explicat, adhibitis tormentis, vel cū testi ficatur in causis grauioribus, vt hæresis, simonia, & crilegi, laje maiestatis, expilatae animone sequitur D Siman. de cath. inst. tit. 64. nu. 43. vbi addit, his castib[us] hæreticis credi, si verisimilia dicant, vel sint plures numero, & haec tenus de primo capite.

Quantum vero ad secundā partem spectat, An in causis fidei possit hereticus dicere testimoniu[m] cōtra fidēlē, aut etiā pro fideli. Eymericus aperte faterur hoc loco eius testimonium neq[ue] cōtra, neque in fauore esse audiēdū. & quia huius dicti duę sunt partes, vt omnē dubitationem procul amoneamus, singularim de rnaquaque est agēdū. tota vero difficultas consistit in ea parte qua dicit, Testimonium hæretici non valere cōtra fidēlē: neque enim video quomodo possit Eymericus negare testimoniu[m] hæretici admitti in causa fidei cōtra fidēlē, cum de hæretico perinde sit censendum ac de reliquis testibus inhabilitib[us] quos in hoc crimine fauore fidei admitti abunde paulo ante cum auctore docuimus.

Ergo ita statuimus: Quotiescumque hæreticus, aut de heresi suspectus, vel in carcerib[us] positus, vel alibi existens alicui fideli, qui pro vero fideli & catholicō reputatur crīmē hæresis imponit, sine eum dicat esse socium criminis, sine non; profecto buis vocem contemnere nō debet inquisitores; sed ad inquirendū secreto accedent, vt intelligant an is fide-

lis qui ab heretico nominatus est, recte de fidē sentiat nec ne hoc est certū, dīctū huius heretici hoc caſu nō facere semiplena probationem, ita vt ad capturā possit deueniri; ceterum saltem ad inquirendū faciet indicium. quod cum alijs coniecturis reſistimib[us] & adminiculis coniungatur, tunc ad cetera parabit viam. nec credo ab hac sententia receſendum, que magis pateſet ex ſequentiibus.

Vade autē deſcederit auctor in hanc sententiam plane nō video: exiſtimo tamen eū ex dicto Archidiaconi, quē hic citat ſuſſe deceptum; Archidiaconus enim in c. in fidei favorē, dicit, hæreticum nō teſtificari cōtra fidēlē: ſed ibi in genere loquebatur, iuxta diſpositionem textus in l. quoniam. C. de heret. cuius dictum acceptum eo modo, quo expli- canimus in principio huius commentarij, verum eſt, & eodem modo loquitur Zanchinus tract. de hæreticis c. 13. num. 2. ceterum neque Archidiaconus, neque Zanchinus eo loco addiderunt hanc particula, quā hic adiecit Eymericus, videlicet, in caſa fidei: nam tunc procul dubio aliter ſenſiſſent iuxta modum à nobis proxime explicatum.

Neque his obſtat textus in caſa dubius, de heret. ibi: Nec eis omnino credendum eſt, qui fidem ve- c. dubius de ritatis ignorāt, vbi glos. & aliqui doctores ſentiant hæret.

C dubiu[m] in fide, ſiue hæreticū teſtē eſe non poſſe: quoniam r̄ſpōdetur illius textus variis eſſe intellectus, vt conſlat ibi ex Zabarella, & propterea non debere ad hāc controverſiā diluendam adduci: aut ſi de teſtimonio hæreticorū accipiat, intelligendum profeſſo eſe iuxta ea quā hæretici docuimus, vt ſit ſeſſus hæreticis ſeu alijs infidelib[us] quia fidē catholicā nō tenent, omnino credēdū non eſt, id eſt, non eſt plena fides aribenda, qualis teſtibus integris & omni exceptione majorib[us] adhiberi ſollet. itaq[ue] nō dicit textus quod nullo paſto poſſit ferre teſtimoniū; ſed quod eorū teſtimoniū nō eſt omnino integrum.

Altera pars eſt: Hæretici teſtimoniū in caſa dei nō admitti pro fideli, hac minorē habet diſcultatem: hæretici enim teſtimoniū non recipiunt ad defendendum aliquem in hoc crīmine, contra quā aliqui ſenſerint, vt quæſtione ſequenti explicabo. Hæretici teſtimoniū nō recipiunt ad excusandum aliquem in hoc crīmine.

#### Q V A E S T I O L X I X .

#### An hæretici contra hæreticum teſtimoniū admittatur.

**S** Exagesima nona quæſtio eſt: Vtrum Inquisitor poſſit hæreticum admittere ad teſtificandum contra hæreticum, ſeu pro eo?

Respondemus q[ue] ſic, cōtra; ſed nō pro eo. Nam in cā fidei particeps & ſocij criminis in tali caſu admittuntur, vt patet in c. In fidei, de heret. lib. 6. in defectum tamen aliaum probationū, vbi dicitur ſic; In fidei favorē, Concedimus, vt in negotio Inquisitionis hæretica prauitatis excommunicati & particeps, vel ſocij criminis ad teſtimoniū admittantur, praetertim in probationem aliaum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum,

Relat. ſupra pag. 105.

Q q 2 ſix

si ex verisimilibus conjecturis, & ex numero testimoniū, aut personarum tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur qualitate, ac alijs circumstantijs, sic testificantes falsa non dicere præsumantur.

Ad hoc est Archidiaconus in c. alleg. in glos.

COM M E N T . C X V I I I .

**D**uæ sunt assertiones: prima est, Valere testimonium hæretici contra hæreticum: altera est, In eius favorem non admittit.

Hæretici cōtra hæreticū valer testi- monium,

Quantum ad primā assertionē pertinet, optime probat eā Eymericus ex c. in fidei favore de hæret. lib. 6, præsertim ex illis verbis: Et participes uel so- cij criminis ad testimoniuū admittantur, nam si par- ticipes, vel socij criminis sunt, tā vel hæretici sunt, vel hæretici esse præsumuntur, aut saltē de hæreti suspecti. Rursus, cū Iudeus in causa hæretis favore fidei possit dicere testimonium cōtra Christianos, c. cōtra Christianos. de hæret. lib. 6. & dixi plene supra par. 2. Super dicto c. contra Christianos, sane & hæreticus etiā poterit testimonium ferre, cum nulla cōmoda diversitatis ratio affirri posse videatur.

Hanc etiam assertionem non incepit probat ratio textus in l. quoniam, C. de hæreticis, ibi: Inter se aut hæretici, uel Iudeis, ubi litigandum existimat, concedimus fādus permixtum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere. hæc ibi. sed in terminis proprijs huius quæstionis rem definitius Federicus Romanorum Imperator in l. Catharos, §. 6. relata in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis in hac verba: Adiçimus insuper, quod hæreticus per hæreticum cōuinci possit, hæc ibi. & tenet etiam Lucas de Penna in l. Veterani. C. de Veteranis, lib. 12.

Ceterum, que de testimonio hæreticorum hoc loco traduntur, accipienda sunt iuxta ea que copiose scripsimus super q. 64. huius 3. partis. neq; Federicus hic contrarium disponit, verum est enim hæreticum per hæreticum cōuinci posse concurrentibus omnibus illis que prædicto loco tradidimus.

Cur hæretici testimonium in favore hæretici non recipiatur.

In altera assertione maior est difficultas: Cur videlicet hæretici testimonium nō recipiatur in favorem hæreticorum, sive in reorum defensione: equitas enim contrarium suadere videtur, ne scilicet facultas probandi suam innocentiam reis auferatur. atque ita voluit Felymus in c. de cetero, de testib. quæ refert & sequitur Gulielmus Benedictus in c. Raynulus de testa. in parte, qui cum alia. nu. 250.

Vermittamen quidquid illi dixerint, contraria sententia vera est: nam non est credendum eis qui fidem Deo datum violarunt, quis enim credit fidei esse futurum testimonium eius, qui in Deum exitit infidelis. c. non potest. 2. q. 7. & docet Simancas de catho. institu. titu. 64. num. 45.

Hæc autem sententia de non recipiendo testimonio hæretici in defensionem reorū huius criminis, locum etiam habet & in alijs infidelibus, quibus ob easdem rationes credendum non est.

Cur non creditur hæretici pro hæretis testimoniis cōtra hæreticos, nō autem in favorem hæreticorum, cum potius non delicta, quam delicta presumi debet? r̄rget plane diffidentes: sed credem id propterea fuisse sancitum, quoniam cum hæ-

reticus, aut alijs infidelis excusat hæreticum, aut de hæreti suspectum, in odium fidei nostræ id putatur facere, ne delicta contra nostram religionem cōmissa puniantur: que suspicio cessat cum deposit de delicto. credo hanc esse nouam & veram rationem; neminem enim vidimus hæc tradentem.

Adgit Simancas de catho. institu. tit. 64. nu. 45. q; licet nullo modo credendum sit hæreticis, hoc fallit, cū forte tormentis fatigati, occultum aliquid, & reipublicæ utile praefecerint: quod libenter admitto.

Sed hoc præterea libenter adiūgerem, q; si quādo- que ex verisimilibus conjecturis hæretici aliquem excusantes vera dicere videātur, sane in favore ēre- ritatis non putarem omnino iniquum eorum voles audire: veritas enim fāvor magnus est, eiq; semper debet esse locus. l. Imperatores. ff. de probatio. & veritas opinioni est praferenda, iuxta notata per Bartolū, & Aretinum in l. is qui putat ff. de acquir. hæred. quā ob rem, alijs de Innocentia reorum conjecturis cōcurrentibus, nō eſtent contemnēde hæreticorum excusationes, quibus quantipās sit adhibenda, index magis scire poterit considerans omnibus circumstantijs. l. 3. ff. & ad p̄p̄ quidē diminutionem horum sole excusationes prodeſſe possent, non autem ad integrum liberationem.

Tunc vero audiēdī non eſſent hæretici, infideles alij, aut quilibet etiā catholicī, cū prius depositis aduersus eū, quem de eodē delicto in eodem indicio nunc excusant, iuxta id quod diximus supra in hoc 3. parte super q. 65. § postremo prefata sententia.

Q V A E S T I O L X X .

An vxor, filij, & familiares pro, vel contra delatos de hæreti admitti debeant in testis.

S V M M A R I V M .

I Testes domesti ci non admittuntur pro delato de hæreti.

2. Admittuntur autem contra ipsum, &c.

**S**ixagesima quæſtio est: Vtrum Inquisitor possit admittere ad testificandum pro, vel contra delatum de hæretica prauitate, eius vxorem, filios, familiares, seu de suis aliquis?

I Responderemus q; non pro, sed contra. Quid a non pro, satis uidetur per c. Filij. de hæret. lib. 6. tibi predicti non admittuntur pro mortuo delato de hæretica prauitate; vbi dicitur sic: Filij vel hæretici illorū, qui dū in ægritudinis lecto decubuerent petierunt hæreticos consolaturos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinē corundem, sicut uiam fuerūt uniuersa carnis ingressi, ad probandum, quod ipsi defuncti cōsolationem illam, immo uerius desolationem non sana mentis eſſe. Eti suscepit, uel post perditam iam loquelam (cū tamē moris sit vt dicitur apud eos, quod nullū taliter consolentur, qui non sit sanx mentis, & memo-

memoriam habeat ordinatam) admitti non debent si dum viuebant dissimilati erant de heresi, vel suspecti: aut legitime constiterit, quod sanamentis existentes huiusmodi hereticos petierunt. Alioqui admissi poterunt praedicti filii, vel heredes ad probandum praemissi: non tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis aliis; sed per testes alios fide dignos & specialiter fidei zelatores.

Et si ipsi non admittuntur pro heretico mortuo, pari forma nec pro viuo.

2 Quod b autem praedicti admittuntur ad testimonium ferendum contra delatum de heretica prauitate, satis patet: est enim testimonium eorum magis efficax ad probandum.

## COMMENT. CXIX.

**H**ec quæstio pugnare videtur cum quæstione 121. nisi diligenter animaduertantur que super illa tradidimus.

De materia vero huius quæst. hoc est de excludendis, aut non admittendis ad testificandum testibus domesticis, agut Doctores varijs locis. c. in litteris. de testib. l. etiā. C. de testib. l. idonei. & l. testes. ff. de testibus. l. 1. §. ad quæstionē ff. de quæst. vbi copiose Doct. Ant. Gomez to. 3. var. resol. c. 12. nu. 15. Reportorium inquisitorum, verbo familiaris. Locatus in opere iudiciale verbo, domestici glossa & Doctores in §. pater. instit. de testam. ordinam. Marcus Antonius Blancus tract. de indicij n. 361. & multis sequen. Zanchinus tract. de heret. c. 13. Archidiaconus in c. filij, de heret. lib. 6. verbo, familiares, Ioannes Royas singul. 198. incip. Testis domesticus. Hieronymus Gigas tract. de criminine lae. maiestatis lib. 2. ti. qui accusare possint, q. 15. id est eod. lib. tit. quomodo, & quos proberunt q. 15. Simæcas de cath. inst. ti. 64. n. 46. et seq. et alij quos libes omittit.

Horum sententia est, Testes domestici os regulariter a testimonio repelliri: tamē id fallit in criminibus exceptis, velut in crimine per duellionis, maiestatis humanae lege, & in causa heresis. l. vlt. C. ad l. Iuliā maiest. Gondissalvus tract. de her. q. 13. nu. 11. Bernardinus Diaz regula 746. incipien. Testis domesticus. in his enim ad testificandum contra consanguineos, affines, & quoslibet familiares admittuntur, idque ob rationem, quam paulo post dicimus. ¶ Quod non pro, satis videtur. &c.] Hac est prima assertio huius questionis, videlicet, Familiares & domesticos non admitti in hoc crimen ad defendendum reum; & ratio non inepta bac esse potest: nam quemadmodū nemo vñquā carnem suam odio habuit, eodem modo nemo putandus est consanguineos suos odio habere: tum etiam quia cum ex hoc crimen infamia in filios descendat, si filij ad testimonium dicendum pro parentibus admitterentur, facile ut infamiam fugerent, metirentur itaq; borum testimonium non inepte in hac causa, pro delatis falso putatur. quid si nec consanguinei sunt nec affines sed extranei, domestici tamen, ratio ne amicitiae & familiaritatis prelumantur non dice reveritate, ut à tāto crimen reos possint liberare.

Ex priori vero ratione illud consequitur, quod prudenter traditur à quibusdam, videlicet, Granus

A puniendo eos qui falsum testimonium dixerint contra eos, quām cōtra extraneos: tales enim nature leges vidēntur euertere, cū dū cōsanguineos falso testimonio pulsant, in suam quoq; carnē seuire uideantur. Simæcas de cath. instit. tit. 64. n. 49. facit textus in l. capitaliū. §. omnia admissa. ff. de penis.

b ¶ Quod autem praedicti admittantur ad testimonium ferendum contra delatum, &c.] Ratio potissima cur in hoc crimen testis domesticus non modo admittitur, verū etiam si opus fuerit, compellitur ad testificandū, ea est: quoniā cum hoc crimen secreto committi soleat, & in occulto, melius per domesticos quām per alios probari potest. cōsensu. C. de repud. c. tertio loco. de probatio. & ob id Emericus prudentissime addit in fine huius quæstionis, horum testimonium cōtra reos huius criminis magis efficax esse ad probandum: ac tanto firmius haberis solerit, quāto consanguinei & domestici à spacione odij longius abesse putantur.

Sed in hac quæstione tota difficultas posita est in cognoscendo qui dicantur domestici & familiares: nam de cōsanguineis res est aperior, cū ex legibus noscam, s qui sint cōsanguinei; nō ita in domesticis & familiaribus, quos qui sint, nullæ leges in iure communi (quod ego sciam) nominatim præscribūt.

In Hispania septipartita lege multi tradūtūr do mestici, quorū propriea testimonia in alijs causis non recipiuntur. nam l. 18. partitæ 3. tit. 16. ita scriputum est: En su pleyo mismo non puede ser ningund testigo. otros si non puede ser cabido en aquell pleyo testimonio de su fiio, nin de su sieruo, nin de su affortado, nin de su mayordomo, nin de su quintero, nin de su ortolano, nin de su molinero, nin de ome que sea su apaniguado. esto es porque non serie guisado, nin derecho de un ome tener logar de su parte, & de testigo. nin otros si a quelllos que biuen en su merced, & an de fazer su mandado que podiesen testiguar por el. hæc ibi, quibus verbis multæ personæ exprimuntur, quæ appellatione domesticorum & familiarium continentur, quas more nostro explicabimus.

Doctores quos initio huius quæstionis citamus in his conueniunt: domestici & familiares seu de domo dicuntur, seruus, colonus, libertus ascriptius, mercenarius. Speculator tit. de teste. §. 1. vers. item excipiunt quod est domesticus. glossa in c. in litteris. verbo, de familia, extra de testibus.

Famulus autem & mercenarius familiaris est, Et si gratis nobis seruiat, vt voluit Ioannes And. apud Speculator. loco præcitatō, quam sequitur Fely nus in c. in litteris. de testibus. nu. 1:

Item pater domesticus est filio, & contra, filius patri: item uxor uiro, & cōnuerso. Fely nus in d. c. in litteris. & Antonius Blancus tract. de indicij numero 363.

Item latius loquendo familiares dicuntur qui vivunt (vt cum nostris loquar) ad vnum panem & vnum vinum. authen. de monachis. §. cogitandum. tales sunt qui uiuunt in communī.

Itē dicuntur domestici omnes illi, quibus ratione patriæ, vel dominice & potestatis potest imperari, quales sunt qui in domo nostra habitant nobis seruientes. Marcus Antonius Blancus præcitatō loco.

Num. 2.

Testimoniū domesticorū recipit cōtra domesticos in hac cā & quare.

additio ad glossam, in §. pater. instit. de testam. ordi-  
nar. Bal. in d.c. in litteris. de testibus. Montalvus  
in d.l. 18. partit. & 3. tit. 19. de quo vide pulchram di-  
finitionem allatam ab Henricho Boich in d.cap. in  
litteris. adde ibidem Franciscum Aretinum, &  
Crottum tracta. de testibus, n.n. 104.

Vbi ergo coſtiterit quempia domesticum eſe, &  
alicuius familiarē, is nō dicet testimoniuſ pro accu-  
ſato de hæreſi, nec valebit ad ipsum defendendum.

Domestici  
teſtimoniuſ,  
an p reo qua-  
doque audia-  
tur.

Et, quamvis hac ita ſe habeant, illud tamen pu-  
tarem in hac cauſa obſeruandum, q̄ si per ſi persona do-  
mestica eſſet valde diga, ac ſpectat. & probitatis,  
planè etiam in hoc crime nō eſſer penitus cōtem-  
nendum eius teſtimoniuſ ad excuſandum reum, R  
juxta doctrinam Innocentij, Ioannis Imole, & An-  
tonij de Butrio, in d.c. in litteris de testibus; nam ſi  
talis per ſona eſſet, de qua non p̄aſumeretur, quod  
deieraret, tūc eius teſtimoniuſ recipiendum eſſet.  
atq; hoc iunc porriſſimum locū habetur, ſi cum hu-  
iuiſmodi teſte domēſtico conueniret alijs teſtiſ non  
domēſticos, & omni exceptione maior, aut alia in-  
dicia de innoceſtia reorū iuxta doctrinā Marsili in  
l.de minore §. tormēta. ff. de quaſtio. vbi plures ci-  
tar in hanc ſententiam, quos videto, quanta autem  
ſides hiſ habenda ſit, in deſenſionem reorū, iudeſ  
magis ſcire poterit ſpectata per ſonarū, & alio-  
rum indiſtorū qualitatē l. 3. ff. de testibus.

#### Q V A E S T I O L X X I .

An teſtes plures duobus requirantur  
ad condemnađum quempiam  
de hæreſi.

#### S U M M A R I V M .

- 1 Duo teſtes legitimi non ſingulares de iuriſ ri-  
gore videntur ſufficere.
- 2 Ex aequitate tamen in crime hæreſi plures  
requiruntur.
- 3 Leuiores probationes non condemnandum, ſed  
ad p̄aſumendum ſufficiunt.
- 4 Inquisitoris diligentia deſenſionum defectum in  
crime hæreſi ſupplere debet.
- 5 Quid agendum cum quis per duos teſtes tātum  
eſt conuictus.
- 6 Concordat Guido Fulcodius, Archidiaconus, &  
Ioan. And.

**S**ixtuageſima prima quaſtio eſt: Vtrū Inquisitor de poſitione ſolum duorum teſtiū legitimorum, nō ſingularium, poſſit licet aliquē de hæreſi cōdemnare, vēl plures quam duo neceſſario requirantur?

- 1 Respondemus, q̄ quamvis videantur ſufficere duo teſtes de iuriſ rigore: quia regulare eſt, q̄ in ore duorum vel triū teſtiū ſtat omne verbi;
- 2 Tamen de iuriſ aequitate non videtur in hoc crime duos ſufficere, tū propter criminis immi-  
nitatem; in criminib⁹ enim probationes deſent  
elle luce clariores. C. de probat. l. ſciant, hæreſis  
autem inter maiora criminia enumeratur.
- 3 Et ſi dicatur, quod in hoc crime ſufficient le-

A uiores probationes, quia leui arguientio quis dete-  
gitur, verum eſt ad p̄aſumendum, non autem ad  
condemnandum: tum propter iuriſ ordinis in  
hoc crime detinutionem: In hoc enim oto  
judicarius in fauorem fidei detrificatur: quia nec  
delatus videt teſtes iurare, nec ſibi etiam publican  
tur, vbi poſſet eis graue periculum imminere, vt  
in c. Statuta, de hæreſ. lib. 6.

4 Propter quod delatus non poſteſ diuinare, ſed  
tenetur ipſe Inquisitor per ſe, & ex officio, dete-  
ſtum inimicitia inquirere, & etiam ſi deponeretur  
confusus de cauſa ſcientia corū iterū interrogare: &  
quod poſteſ facere, extra de teſti. Per tuas. & ff. de  
quaſtioneſibus. Reperi. Nam quanto magis via de-  
fendendi delato p̄aſcluditur, tanto magis incum-  
bit Inquisitori ſollicitudo diligenter inquietandi.

5 Vbi ergo inueniantur duo teſtes concordes, &  
legitimi contra quenquam, nec ex hoc uellem eū  
de tanto crime cōdemnare, ſed purgationem,  
ſi eſſet diſſamatus, indicare: vel propter vehementem  
iufiſionem dictorum, quā oritur ex diſci-  
duorum teſtiū, abiuare eum facere: vel quaſtioneſ  
are, ſeu ſententiam diſſere: nō enim videtur  
tutum ad vocem duorum teſtiū hominem bo-  
ne fama de tanto crime cōdemnare: feciſ ſi  
fuerit malae fama.

6 Concordat hiſ Guido Fulcodius, poſtmodum  
Clemens Papa iiiij. in q. 15. quaſtioneſ ad Inquiſi-  
tores. Et de hoc Archidiaconus plenius in cap. Vt  
officium. §. verum. in ptin. de hæreſ. lib. 6. ſuper  
ver. teſtiū. & in c. In fidei. in f. glos. illius. c. Et  
Ioan. And. ibidem. & in c. Excommunicamus ita-  
que, & extra, de hæreſ. §. adiſcimus. vbi dicitur, quod  
faciat Epifcopus iuriate tis vel plures boni teſti-  
monij viros de dicenda veritate ſi ſcierint in pa-  
rochia hæreſicos ibi eſte.

#### C O M M E N T . C X X .

**P**rimus omniū, quod ego ſciam Guido Fulcodius  
in consultationibus ad Inquisitores hæreſi  
prauitatis quaſt. 15. cap. 18. afferuit, durum ſibi  
videri hominem bona opinioſis & fama ad roces  
duorum teſtiū de tanto crime cōdemnare: eius  
verba ita habent: Adeoque non crederem tutum  
ad uocem duorum teſtiū hominem bona opini-  
oſis damnat, licet: videar eōtra ius dicere quia  
vbi numerus teſtiū nō exigitur, duo ſufficiunt, teſtes po-  
tentes. Sed hoc dico, quod duos vix duos iudico, eo q̄  
urgentē neceſſitate legitima deſenſionis ordo  
truncatur. hec ille.

Hunc Guidonem penitus ſequitur. Archidia-  
conus, in c. vi. officiū. §. verum quia. de hæreſ. lib. 6. re-  
lat ſupra apud Eymericum parte. 2. (nam ut obi-  
ter illud hic dixerim, Archidiaconus interpretatio-  
nes ſuas ad tit. de hæreſ. lib. 6. ab hoc Guidone Fulco-  
dio paucis additis transcriptis) eidem ſententię ſub-  
ſcripsit Hoftiensis in ſum. tit. de hæreſ. §. quaſtio.  
verbi. ut autem & alij quos paulo poſt referam.  
Hos ſequitur etiam hoc loco Eymericus, quorum  
ſententia nec incepta fortassis eſt, nec penitus con-  
temnenda, ut ex ſequentiibus apparebit.

At posteri iuriſ interpretes audacter vbiq; de  
hoc diſſerentes conſtituant duos teſtes ſufficere ad  
quemlibet in hac cauſa cōdemnandum, hoc videtur qui diſſer-  
telle

# Inquisitorum cum Commentarijs.

615

velle non obscure Iohannes Andri. in c. p. ex communi-  
tatis. 1. §. adiutorius. vobis verum adducit eius. §. in-  
tellectu. dem teneat apertius in dicto cap. ut officium.  
de heret. lib. 6. & ibidem Gemianus, Fracus, Perust  
nas & alij: & hanc esse communem opinionem faten-  
tur Antonius de Butrio, Iohannes de Anania, & Ma-  
rianus Socinus & alij, in dicto c. excommunicatus 1.  
extra de heret. addit Gondifaluu tract. de heret.  
q. 13. n. 9. hanc sibi videri veram opinionem sequi-  
tur Carrerius in pract. crim. num. 162. Petrus Go-  
dofredus, in l. quicunque. in principio. C. de hereti.  
Syluester in sum. verbo, heresis. 2. quest. 4. Siman-  
cas de carbo. inflit. tit. 5. 1. num. 7. & 8. idem ibidem  
tit. 64. num. 36. Iohannes Roias singulari 165. inci-  
piens: Probationes in causis criminalibus. num. 8.  
& seq. Aegidius Bossius titu. de heret. num. 4. Iu-  
lius Clarus in §. heresis. versi. habet etiam Boerius  
decisione 342. incipiente: Sed quod testes. Anto-  
nius Gomez tom. 3. varia. resolut. c. 12. num. 9. Za-  
barella in clemen. 1. de hereti. §. verum. q. 1. num. 5.  
Ambrosius de Vignate. tracta. de heret. q. 13. &  
multi alij, quos longum esset recensere.

Horum omnium sententia communis est & ve-  
ra: tum quoniam casus hic de condemnandis heret-  
icis per duos tantum testes non invenitur exceptius  
ab illa vulgari & communis regula diuinis & huma-  
ni iuris, In ore duorum vel trium testium stabit om-  
ne verbum. Tu etiam quia non potest videri deni-  
gata facultas defensionis ei, cuius causa tam dili-  
genter tractatur, & in qua tam accurate ante con-  
demnationem omnia expenduntur.

Tum postremo, quia nullo iure id appetere esse  
constitutum, ut recte multi ex præcitatibus doctori-  
bus testantur.

Idem tamen admonent, ad hoc ut per duos tan-  
tum testes vere probetur heresis, necesse omnino  
esse, ut illi sint integri, inconfutabiles, & omni ex-  
ceptione maiores.

Voco autem testes omni exceptione maiores eos,  
qui repelli non possunt aliqua exceptione. cap. licet.  
de testibus. Decius consil. 429. Palacius Rubius in  
dicta allegatione de heresi. §. 13. Albertinus tract.  
de agnoseen. assertio. 34. num. 4. & 5. & ce-  
teri uno ore.

Quamvis autem haec vera sint, non propterea  
contendenda est Eymericis sententia, is enim non di-  
cit, nec alij quos sequitur, absolute non sufficere duos  
testes in hoc crimen; sed durum videri hominem bo-  
ne opinione & fama ad voces duorum condemnare,  
cur ei ordo legitimæ defensionis denegetur non  
publicatis testium nominibus. quare eius sententia  
illustres etiā Doctores sunt secuti. Albertinus tra-  
cta. de agnoseen. assertio. 34. n. 3. idem vide-  
tur velle Conradus Brunus lib. 4. de hereti. cap. 9.  
& S. Antonius 3. parte tit. 18. cap. 2. §. 5. & Tabi-  
elius in sum. verbo. Inquisitor §. 37. & postremo Ioh-  
annes Roias tracta. de heret. assertio. 4. n. 103. aper-  
tissime scribit contra id quod senferat prius in sin-  
gulari. 165. incipiente: Probationes in causis crimi-  
nalibus afferens se non audere in tam gravis crimi-  
ne, in quo trucidata est & diminuta reorum defensio;  
duobus tantum testibus etiā legitimis quemquam co-  
demnare; & per annia sequitur sententia Hostien-

A sis, quam profiteretur Eymericus hoc loco.

Huic sententia eo libenter putaret quis subscri-  
bendum fore, quod tutior appareret & securior: & sa-  
ne tutissimum est, ut si homo videatur spectat & vir-  
tutis & probitatis, non cōdemnetur ad voces duo-  
rum testium nisi alia adsimilis administricula & indicia;  
tunc enim condemnari poterit; hoc ipsum dicendum  
est de homine male fama, qui duobus testibus legi-  
timis convictus poterit damnari.

Postremo, ut uno verbo dicam, in hac refortassis  
non esset absurdum dicere, arbitrio Episcopi & In-  
quisitoris esse relinquendum, quando duo sufficient  
testes integri ad condemnandum, quando vero non  
quod facile intelligetur spectata cum delinquentis

B tum testium qualitate.

Hoc tamen non possumus diffiteri, liberum esse Duobus testi-  
indicibus fidei, & ob communem sententiam, & ob bus idonei si  
iuria, duos solum testes idoneos in quavis causa po-  
quis conuin-  
stulanta, & ob communem etiam usum sacri tribun  
catur, libere  
damnari po-  
nalis Inquisitionis ad voces duorum testium idoneorum  
reos huius criminis condemnare. Eymericis senten-  
tia valde benigna est, & secura, qua tunc potissimum  
non esset contemnda, quando reus insignis probi-  
tatis communiter habereatur, & integræ famæ, &  
incorruptæ virtutis: tunc enim non esset incongruum,  
aut differre supplicium donec forte aliae accederent  
C cōiecture, & probationes; aut mitius punire: et hac  
et rōne videntur locuti huius opinionis assertores.

## Q V A E S T I O L X X I I .

An ex pluribus testibus singularibus  
sit aliquis condem-  
nandus.

## S V M M A R I V M .

- 1 Nemo ex testibus singularibus etiam cum infamia de heresi est condemnandus.
- 2 Abiuratio autem & purgatio canonica indici poterit tali.
- 3 Cardinalis Albanen. in hoc casu sententia.
- 4 Facultas Inquisitoribus data circa statuta lega torum sedis Apostolice.

**S**ixtuagesima secunda questio est:  
Vtrum inquisitor per testes singula-  
res solum, vel saltē cum infamia  
possit iuste de heresi aliquem con-  
demnare?

- 1 Respondemus q. non; nec per testes singula-  
res solum, nec etiam cu infamia extra de testi. Tā  
litteris. præsertim cum in criminibus probationes  
debeant esse luce clariores. C. de proba. l. Sciant  
cuncti. & in hoc crimen nemo sit ex præsumptio-  
ne damnandus. de præsump. litteras.
- 2 Ergo sibi indicatur purgatio ratione infamiae  
in hoc casu: & abiuratio ratione suspicionis uehe-  
mentis, qua consurgit ex dictis testium. His con-  
cordat Guido Fulcodius prædictus in 14. q. de il-  
lis 15. quas fecit ad Inquisitores. & Archid. in c.  
Ut officium, in §. uerum. super uers. testium.

Qq 4 3 Est

**3.** Est uerum quod in litteris Cardinalis Alba-nensis sedis Apostolicæ delegati ad Inquisidores, de hoc habetur ita: Cum nuper dominus Papa: & infra: Quando uero testes singulares sunt in di-ctis, tamen concordant in substantia rei, seu in ef-fectu, relinquunt Inquisitoris arbitrio, vt sicut ei secundum Deum uidebitur, sic procedat: maxime si fama cōstat, & idoneitas & fides deponētum cōtra eum, contra quem fuerit inquit edum. hæc ibi.

Relat. supra.  
pag. 129.

**4.** De consultationibus uero & consiliis legato-rum sedis Apostolicæ in litteris Clementis, Alexā-dri, & Vibani Quarti, Præ cunctis p̄missis mul-tis priuilegijs dicitur sic: Et obseruati omnia sta-tuta tam per sedem Apostolicam, quam in conci-lijs legatorum eiusdem sedis prouide edita, que negotium catholicæ fidei tangere dignescuntur, sicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum. Sequitur infra illa clausula generalis, Plena sit uobis & singulis uestrum p̄se-quentium tenore facultas.

### C O M M E N T . C X X I .

**E**X hac questione tria potissimum colliguntur axiōmata.

Primum est: Per testes singulares nemo est con-demnandus.

Secundum est: Neque etiam si infamia cum teste singulari adiungantur.

Postremum est: Cum testes singulares sunt in di-ctis, conueniunt tamen in substancia rei, seu in effec-tu, arbitrio inquisitoris relinquuntur, vt sicut ei vi debitur, procedat.

Hæc questio partim est facilis, partim vero diffi-cilis, ac valde controversa. facilis est quādū attinet ad priora axiomata: lōge vero diffcilis, ob tertium dictū. ceterū ne quid parum explicatū reliquise vide-a-mur, singula lumine interpretationis illustrabim⁹.

**Quatuorplex**  
fit singulari-  
tas.

Sed quod apertius cuncta intelligantur, obserua-dum est multiplicem esse singularitatē, quadā est obstatua, alia cumulativa seu admixtiva, alia diversificatiua, ita Baldus singulariter & vere in c. licet causam, nu. 11. de probatio. & in l. testiū. C. de testibus. num. 9. et 14. sed copiosius & c. eris apertius Aymon Craueta in tract. de antiquitate temporis, par. 4. nu. 157. cum multis sequentibus. & Albertinus in cap. quoniam, de hæret. lib. 6. q. 16. nu. 38. cum multis sequen. quo loco recenset plu-res alias singularitatis species, quas libens omisso.

Obstatua est, quando ex dictis testium nascitur repugnante aut contrarietas, vt cum unus ait, alter vero negat.

Quo casu dictum unius, alterius dictum aut de-bilitat aut infringit, aut non probant.

Cumulativa est, cum dictum unius coadiuat dictum alterius, vt cum unus deponit de facto, alter de fama; seu unus de usu, alter de auditu & hæc, vt probat Craueta præcito loco, semiplena facit probationem.

Vtima est diversificatiua, ex qua nascitur diuer-sitas rei in substâria, vt cū unus testis dicit uno loco & tempore quid factum, aliud vero alio loco & tempore; quo casu dictum unius non infringit dictum alterius immo coadiuat & corroborat.

His ita cōstitutis, primum & secundū Eymericij

axioma verū & cōmuni voto receptū est, eiusq; do-trina procedit nō modo quādo testes sunt singula-res singularitate obstatua, quia tūc nulla est diffi-cultas: sed etiā cū sunt singulares, singularitate cu-mulativa, vt ipsemet auctor tradit in 2. axiōmate.

Hæc vero axiōmata tradidit iā olim ante Eyme-ricū in hac causa Guido Fulcodius, quē hic refen-autor. nu. 2. in cōsultationib. ad inquisidores. q. 14. in hæc verba: An autem per testes singulares, & fa-mam, possit aliquis in hoc crimine condemnari, queri non oportet: constat enim q; non, vt extra item & fide-les de testibus tam litteris, præstatum cum in criminis libis probationes esse debeant luce clariores. C. de probatio. l. sciant. & in hoc crimine nemo sit ex præsumptione damnandus: indicetur ergo purga-tio, vt ostendit est supra. hæc tenus Guido.

Eandem hæc sententiam profiretur Ioānes And. in c. vi officiū. in principio, vers. certum est autem, de hæret. lib. 6. & Archidiaconus in c. vi officiū. §. verum quia de hæret lib. 6. Baldus in l. ob carmē. §. ff. de testibus. Zabarella in clem. 1. §. verum de hæ-re. Cōradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 9. Palatius Rubius in allegatiōne de heresi. §. 12. Repertoriū inquisitorum verbo, testiū. §. an in causa hæresis. Al-berthinus tract. de agno. affert. q. 34. num. 9. Iulius Clarus in præc. c. m. §. f. q. 53. vers. dixi eriam si-mancas de cathe. in sit. tit. 5. 1. num. 3. idem edem tract. tit. 64. nu. 61. et sequit. Boerius decisione 342. incip. Sed quāt testes. Marsilius conf. 109. incip. Auditio & intellectu. Parisius conf. 2. incipien. Etū esse uidā. lib. 4. Denique, vt numerosam aliorum ceterū omittam, idem tradit S. Tho. 2.2. q. 70. art. 2. & Sotus lib. 5 de iustitia & iure q. 7. ar. 2.

Tellis vero singularis, vt obiter hoc dicā, proprie Quis ha-  
& vere is vocatur, qui solus est, nec aliū sibi habet testiū.  
in depositione per omnia contestem & concorde, vt  
optime scribit præficta Papensis in forma oppo-  
contra testes. versi suntque etiam singulāres. nu. 1.

Ratio autē cur vni testi singulari non credantur, seu in hoc seu ī alio quolibet crimine, pulchra tradi-tur a Soto præcito loco: Nā cū reus, inquit, sit sue vita, & honorum possessor, & melior sit conscientia possidentis vni auctoris: suamatio non putatur sufficiens ad pellendum ipsum de sua possessione.

Alij hæc rationē adducunt: Si in alijs criminibus testes singulares non probant, multo minus in hoc probabūt, cū in eo r̄beriores probationes desideren-tur. Si quis ergo vnum solū testē singularem habeat contrarie, proprietate dictū eius non condemnabitur, sed torquebitur, si testis ille fuerit omni exceptio-ne maior, vt si pra monimus super q. 61. et simil- cōfiteatur, ubi sufficiet, et fuerit tortus, absoluetur.

Quod si cū teste singulari ad sit fama de crimine, quādū legitime sit probata, nō proprieta condemnabitur reus, ita ferme oēs præcitat, quod tradit Eymericus in secundo axiōmate, cuius ratio hæc esse potest: quenā in criminalib. ex pluribus im-pefectis probationibus non consurgit vna integrā & perfecta probatio, vt colligitur ex glossa in c. re-niens. 1. in verbo, illorum & ex notatis ibidem per Antoniū de Burio, & alios exira de testibus. adde Marsilius in Rubrica. C. de probatio. & Iulium Claram in præc. crimin. q. 63. versi tu seis.

Hæc

Hec tamen conclusio, qua & vera & communis est. ut docet Palacius Rubius in dicta allegatione de heresi. §. 12. vera est quo ad panam ordinariam imponendam, non autem quoad purgationem indicandam, vel aliam penitentiam iniungendam. Idem tradit Eymericus hic, nume. 2. & Repertorium Inquisitorum verbo, testes, §. an in causa heresis, si quis ergo contra se unum bonum testem habeat, & infamia etiam nogetur de codem illo crimine, arbitrio Inquisitoris plectendus est.

His ita positis, ad postremum axioma accedendum nobis est, in quo versatur ingens difficultas, & panis inextricabilis controversia, qua fortassis egerer Pontificia declaratione.

Quantum ergo ad id axioma attinet, bifarium potissimum potest quis contra se habere plures testes singulares: Primo, cum duo vel plures dependent de diversis heresisibus, item diversis locis atque temporibus; vi cum, verbi gratia, unus dicit se audiuisse Lutherum n. gant Purgatorium m. se Maio: alius uero dicit se audiuisse eundem Lutherum negantem potestatē summi Pontificis mense Aprilis.

Secundo, potest quis habere aduersus se duos vel plures testes singulares de eadem seu eidem heresisibus deponentes; discordant tamen in loco & tempore: ut si duo vel plures testes oī exceptione maiorum ita se habeant, ut unus, verbi gratia, dicat se audiisse Bucerū nudius tertius in platea dixisse, summū Pontificē non esse caput Ecclesia: alius vero dicat, se nudius quartus in scholis audiuisse Bucerū afferentem Papam item non esse caput Ecclesia.

Prima difficultas nunc est diluenda: altera paupero posse tractabitur: illud tamen ingenue dicam, à plerisque è nostris ita hac confuse tractari, ut vix percipias, quid sibi velint, aut in quo articulo versentur: à nobis, nisi fallor, apertius & ordinatus explicabuntur, ne quid in hac grauissima lata parum declaratum relinquatur.

Ergo quātum ad primā difficultatē attinet, mulitorum sententia est, ad probandum aliquid in genere sufficere quidem testes singulares, ut verbi gratia, in exemplo positō, si agatur in genere de probando, an Bucerus sit hereticus, satis est si per testes singulares de diversis heresis. & diversis locis atq; temporibus prolatis conuincatur: tunc enī probatum erit in genere Bucerum hereticum esse. ita Iacob. Butrigarius in l. Arriani. & Salycetus in l. quicquid. C. de her. Baldus in l. actor. C. de probatio. Joannes Anania in c. 1. de her. nu. 7. vers. vlt. scias. Alexander consil. 141. incip. Ponderatis lib. 1. idem consil. 92. incip. Vito & oportune discuso, lib. 5. Calcaneus consil. 19. incip. Ad primum videatur dicendum. & alijs quos refert Iulius Clarus in practica crimina. quāst. 53. vers. dixi etiam. & Philippus Portius lib. 1. com. opinio. regu. 34. versic. septimo insertur Zanchinus tract. de her. c. 13. nu. 6. Aym. Crauitta consil. 78. lib. 1. & Bernardus in lucerna verbo, testes. §. 19. versic. tres testes. Campensis apud Zanchinum, c. 13. verbo, singulares, & Locatus in opere judiciali verbo, testis. nu. 19. & alijs multi, quos libenter omitto.

Quod autē testes singulares eo modo quo dictū est, probent aliquid plenē in genere, tradunt multi

A insignes iuris consulti, quos refert (vt breuius agā) Philippus Portius lib. 1. communium opinionum regula 34. versic. contrariam opinionem, eamq; facetur communem Antoniu, Gomez to. 3. maria. resol. c. 12. nu. 12. & Albertinus in c. quoniam, de her. lib. 6. nu. 51. & 52. ubi affrat hanc forsitan opinionem obseruandam fore in psaxi, tametsi securius esset, & tutius si super hoc ficeret constitutio. Potissima autem ratio, qua nititur præfata sententia est: quoniam hereses inuicem sunt colligatae, & ad unum finem tendunt, & in uno erroris termino voluntur. cap. excommunicamus, 1. & 2. de her.

Ceterum, omissa horum insignium virorum opinione in hac causa (nam in alijs quid sit statuendū, singularibus ne cum non sit instituti nostri, minime curo) dicendū mo proqua: ut est: testibus singularibus prædicto modo neminem hereticus in probari hereticum in genere. Primum enim vix intelligi potest, quid sit, hominem aliquem hereticum esse in genere: nam & ratio & modus ipse loquendi oppugnat hanc ipsam eorum sententiam. genus enim quid confusum est, incertum, & commune, & ubi quid in genere probaueris, nullum adhuc certum individuum demonstrasti. itaque conuicere aliquem esse hereticum in genere aut nihil est, aut ridicula planē est loquendi ratio.

Rursus, nemo de heresi potest condemnari, nisi duobus legitimis testibus sit conuictus: at qui de pluribus differentibus articulis per testes singulares conuincitur de nulla heresi plenē conuincitur.

Præterea, in hoc criminē r̄beriores, & clariores probationes ob eius atrocitatē desiderantur, cū sit ordo defensionis quasi imperfectus, & trūcatus: sit ergo ut nullo modo talis probatio in genere ad penā criminis ordinariā imponendam sit admittēda.

Postremo, quemadmodum testib. singularibus, prædicto modo nullus probatur in genere adulteri, fur, raptor, homicida, incendiarius, & similis: ita nec probabitur hereticus, & hac sententia est, & vīsu recepta, quam profitentur insignes etiā iurisperiti. Salyc. plevē in l. testium n. 16. C. de testibus, quem sequitur Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 9. & Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 69. & seq. & Joannes Royas tract. de heret. par. 2. affer. 6. nu. 142. & seq. quibus est omnino subscribendum: quia hēc sententia verior est, & tutor, & firmioribus rationibus munita, neque Eymericus in heretia assertione loquitur iudicio nostro de hac facti specie, sed de alia, quam mox explicabimus.

Pulchra quidem sunt in hanc nostram sententia Sententia Alexandri Imolensis verba conf. 104. incipien. In Imole de nō causa & lite, quā ideo referre placet: quoniam aper-tam lucem huic difficultati, de qua agimus, affe-nere.

E ait ergo ita: Vbi tractatur de probando ali-quos actus ex quibus resultat multiplicatio alicuius rei, non sufficiunt testes singulatūs: unde si volo probare tamē religiosum fecisse miracula, & per unum testem probo quodd sanavit unum claudum, & per alium testem probo quodd illumini nautū cæcum, testes isti non probant, ut no. Archidiaconus in ca. nec mirum. 26. q. 5. & Vincentius in c. Venerabilis de testib. & Antonius de Butrio, in cap. cum oporteat, de accusatio. vbi tñ hoc iufert, quod si uolo probare Titum esse hereticum, & unus

& unus testis deponit quod Titus dixit, quod Christus non venit in Virginem: alius dicit, quod personæ Trinitatis non sunt aequales, certè non probant; quia sunt singulares, licet secundum eum Iaco. de Butrig. dicat contrarium in l. Artian. C. de hæret. hærenus Alexander, qui fideliter retulit sententiam Antonij de Butrio in dicto cap. cum oporteat, de accusat. q.9.

Et rationem pulchram videtur assignare Salycetus in l. testimoniis C. de testimoniis. num 16. vbi eandem proficitur sententiam in hac verba: Secundo casu quando uarietas loci inducit uarietatem facti circa modum cognoscendi, & sic circa cognitionem testimoniis ut hoc exemplo: Ego uolo probare Titum esse hæreticum, & ad huius probationem unus testis dicit, quod audiuit ipsum dicentem in tali loco, puta in platea ipsum dixisse, & affirmans, quod Iesus Christus non fuit filius Dei: alter dicit quod audiuit ipsum dicentem in alio certo loco, quod Spiritus Sanctus non procedit à Filio; & isto casu reperio uarias opiniones; nam quidā dicunt, quod probant, quia ambo in hæresi concordant, licet in specie hæresis non sint contestes: alii dicunt quod non probant, quia debent esse contestes nedum in genere, sed etiam in specie hæresis, alias dicuntur singulares ut in cap. cum dilecti. de elect. & ideo non probant, ut 3. q.9. nihilominus, Ego teneo hanc secundam, ubi circa species hæresis fuit deducta in libello: sed ubi hæresis in genere deducta fuisset, licet de iure libellus admitti non debuit, secundum notata in l. libellorum. ff. de accusat. forte prima opinio procedit, forte ideo dixi, quia uidetur quod nec tuoc testes probent plene, sed semiplenè: quod sic probo: Nulla species hæresis est plene probata, ergo ex probatione super ea facta non potest inferri, seu dici, uel affirmari, quod Titus sic dixit, sed bene potest opinari per iudicem, quod ita fuerit, ut ille testis dixit. ff. co. l. 3. §. eiusdem, in fine. ibi: aut parvus tibi probatum opinari. Ex eo ergo quod non potest uerum esse in tali specie, non potest dici uerum esse in suo genere. Sed ex nulla illarum probationum in aliqua specie potest dici sic esse, uel accusatum uel inquisitum hoc dixisse: ergo nec hæresim probatam esse, quod demonstro aliter: pone quod Titus accusatur à Caio specifico de tali specie hæresis, & quilibet probat per unum testimontium, an dicentur isti probasse? certè non, sic nec in proposito. Dico igitur non plene, sed semiplene tantum probatum esse, & omnes isti habentur loco unius. nisi dicatur quod in criminis hæresis non requiratur tanta subtilitas probationis. hærenus Salyc. Atque ex his remanet declarata prima difficultas.

An per testes loco & tempore diversos, plenè probetur eadem hæresis, ardua quæstio.

Subsequitur nunc difficultas altera dilucenda, qua maximè est momenti in hac causa, An videlicet, is plenè coniunctatur de hæresi, qui duos aut plures habet testes legitimos, & omni exceptione maiores de eodem aut eisdem erroribus deponentes, ut prædictimus, loco tam & tempore diversos.

Et Albertinus tract. de agnosten. assertio. q.34. nn. 12. & Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 9. non procul a fine, & Simancas de cath. instit. titu-

A 64. n. 75. & 76. securi Salycetum in l. testimoniis C. de testimoniis. nn. 16. afferunt, hæresim plenè & perfectè remanere probaram, si quis, verbi gratia, coniunctatur Bononiae dixisse; Papam non esse caput militantis Ecclesie. & Romæ per alium testimoniem dixisse; Papam non esse caput militantis Ecclesie, & Salycetum verba, ita habent. Secus si ambo deponunt de Opino Salycetum, & aliud eadem specie hæresis, licet unus dicat le audiuisse in uno loco, alter in alio; quia tunc uidetur dicendum, quod species illa si plene probata: quia isto casu locus non plurificat hæresim. Sipius firmatam, & recensita, & continuatam hærenus Salyc.

His addit Simancas præcitat loco rationes alias fortassis non vulgares: tum quia diversitas testimoniis in alijs quam in substantia, non abrogat fidem eorum; tum quoniam perinde fecit hæreticus, qui varijs locis, & temporibus eandem hæresim repetit ac fur, qui id quod rapuit, & furatus est singulis testimoniis ostendit, uarijs temporib. & locis; possumus quia absurdum esset, ut seductor quisquam singulos homines totius populi seorsum doveret suas hæreses, & tamen in uersorum testimoniis convinci non possit: quod nemo sanus probabit. hec Simancas, citatque Diuum Thomam 2.2. q.70. ar. 1. & Bartolum. atque hoc ipsum videtur velle Emericus hoc loco num. 3. ibi: tamen concordant in substantia rei, seu in effectu.

Horum potissimum fundamentum est, locum & tempus externa esse, nec plurificare, aut variare substantiam facti, seu in casu nostro, hæresim sepius distam & continuatam: de quo quid sensiam, mox explicabo.

Primum tamen hoc monebo, Beatum Thomam non sentire pro Simanca, quem ille in suam citat opinionem, nam verba Diu Thomæ 2.2. q.70. ar. 2. ad 2. argumentum, in multis nostris exemplaribus ita habent: Ad secundum dicendum, quod discordia testimoniis in aliquibus principibus circumstantiis, que uariant substantiam facti (puta in tempore, uel in loco, uel in personis de quibus principaliter agitur) auferit efficaciam testimoniis: quia si discordant in talibus, uidetur singulares esse in suis testimoniis, & de diversis loqui: puta si unus dicat, hoc factum esse tali tempore uel loco, aliis alio tempore uel loco, non uidetur de eodem facto loqui. haec Beatus Thomas. cum quo sentit ibidem Caetanus, & Dominicus Sotis libro 5. de iustitia & iure. quest. 7. art. 2. ad primum argumentum.

Omissa igitur hac opinione cum D. Thoma, Caetano, & Soto præcitat locis intrepide afferunt & cipiunt, hos testes loco, et tempore discordes, quoniam de cordis eadē hæresi seu hæresib. deponant, singulares esse, ideoq; non plenè probare: neq; ex talium dictis ad primum nam criminis ordinariam imponendam vlo modo esse acceditum. Primum n. nullus dubitabit, quia in hos testes cadat singularitas diversificatina, ut plenè probat Crauella in tract. de antiquitate temporis, par. 4. nn. 157. nam ex quo diversi sunt in loco, & tempore, uidetur omnino loqui de aliis diversis: diversitas autem temporis, diversitatē factōrum seu actuum inducit, & per consequens reddit testes singulares. ita Antonius de Butrio, & comi-

## Inquisitorum cum Commentarijs.

619

muniter Doctores in c. cum causam, de testib. Cynus in l. testium q. 6. Et ibidem Baldus, C. de testib. Archidiaconus in cap. nibilo minus. 3. q. 9. Abbas consil. 98. incipien. In questione qua uertitur lib. 2. Baldus consil. 39 incipiente: Proponitur quod celebratus lib. 3. idem consil. 459. incipiente; Vt a dicta petitione. versic. 1. quia testes lib. 4. Ancharenus consil. 64. incipien. In causa qua uertitur idem consil. 147. incipiente: Super alia querela. Paulus Castrensis consil. 137. incipiente: in causa qua ueritatem Pergami. in fine. Et consil. 151. incipiente: In causa qua uertitur coram domino Vicario. in fine. lib. 2. Iason consil. 131. lib. 1. Et alijs prope infiniti. quos libenter omitto.

*Sed omisiss ceteris, hanc sententiam videtur aper-  
tissime probare textus in dicto c. nihilominus. 3. q.  
9. vbi de hac fere re differens Leo Papa ita sancit :  
Nec eorum uoces tanquam plurium admittun-  
tur, quos temporum quidem diuersitas simul in-  
terfuisse prohibuit. hæc ibi. & facit textus in cap.  
de parentela , et secundo. 35. q. 6. & nominatim in  
causa, de qua agimus , hanc sententiam profiteretur  
Palacius Rubins in allegatione in materia heresis.  
§.12. incipien. Restat modo.*

*Ex his ergo omnibus consequitur periculum esse ad voces talium testium singularium quemquam condemnare; & Susanna exemplum Davie- lis cap. 13. satis etiam ostendit singulares esse cen- sendos: nec propterea plenam fidem eis esse adbi- bendam, ita etiam ante nos agnouit Ioann. Royas tracta de heret. assertione 6.nu.145,*

*Quia vero ex dictis talium testium probatorum quidem & idoneorum magna & urgentia nascentur indicia aduersus illum, qui vnam & eandem aut plures & easdem heres diuersis locis & temporibus dicitur reperiuisse, torquendus erit: quod sinihil fateatur (quia hoc casu non videtur sufficienter superasse indicia in tortura, eaque diluisse, seu, ut melius loquar, purgasse) non crederem ini- quum ut abivare quoque compellatur de rebem- enti, eique ali& salutares paenitentiae iniungan- tur: at nullo modo tamquam negatiuus tradendus est curiae faculari; neque ab hac sententia puto ullo modo recedendum. Eymericus autem hoc loco non scribit contrarium: nam de altera facti specie, quam mox subiungam, mibi loqui videur.*

Et quæ hactenùs diximus in hac difficultate re-  
rissima & certissima esse credimus, sū duo ianū ad  
sunt testes singulares, qui de eadem, aut eisdē bare-  
sibus, diuersis locis atq; temporibus auditis, testifi-  
cantur, si autem plures quam duo testiflicantur, gra-  
nior fortassis est difficultas, in qua molitorū senten-  
tia est, quod cum testes singulares ad eundem finem  
tendunt, & plures sunt, & fide digni ita ut iudicem  
adducant ad indubitatem fidem, nō debet index cu-  
rare de illa singularitate, sed ex eorum dictis pote-  
rit iudicare, & pœnā ordinariā imponere. ita in ca-  
su nostro tenet Simancas de cath. inst. 6.4. mu. 77.  
quod p̄sum insignes iureconsulti profitentur. Cac-  
cialupus in reperione l. admonent. ss. de iure iuran-  
do. colum. 39. vers. patet igitur tibi studioſo. Fraci-  
ſcus Bruniſ tralſt. de indicijs & tortura. p. 1. qua-  
fio. 2. mu. 6. Socinus consi. 262. lib. 2. Hippolitus

A Marsilius singulari 114. incipien. Vulgatum & trium est. Idem in l. 1. §. ad quastionem ff. de quastio. Et Andreas Tiraquellus tract. de pénis temperan- dis aut remittendis, causa 51. nro. 106. Et omnes in hoc dicto præcipue sequuntur Paulum Castrensem in dicta l. admonendi. ff. de incurirando. Et in l. Lu- cius. ff. de his qui norantur infam. in recollectis Flo- rentinis: quamvis in his locis in nostris codicibus non inueniamus haec dixisse Paulum, quod etiam testatur Tiraquellus loco præcitat. C

Ceterum, huic opinioni multum facit illa ratio, quam ex Simanca adduximus paulo antea. §. his addit, quia absurdum videtur, ut seductor quispiā singulos homines totius populi seorsum doceat suas bāreses, tamen viuorum testimonij convinci non possit. in eandem sententiam confert plurimum illustris decisio Guidonis Pape 544. incipiente. Quidam elegit, vbi per tres, vel quatuor testes singulares plene probari iurisdictionem scriptis. Postremo satis videtur ratione consonum. ut iudex possit tuto condemnare eum, quem videt per plures testes graues, nobiles, probacos, spectatq; uirtutis & probitatis coquinici, quāmvis illi sint singulares; quia non est verisimile tot homines in uno animo conuenire aduersus aliquem.

**C** His fortassis & alijs huiusmodi rationibus alii qui plurib.  
cui videri posset satis insta & aqua hec opinio: ue tellib. singu-  
runt tamen è diuerso clamant sequentia, quibus de- larib. quam  
monstratur neque hoc casu ad condemnationem ef- duobus. con-  
se deuenientium, hoc est, ad pœnam criminis ordina- vincitur, an  
riam imponendam. plectendus ordinarie,

Primum, quia ex pluribus diuersis nunquam consurgit unum integrale, l. sanctius. s. si quis autem C. de donatio, l. vsura. C. de usuris. & plura in perfecta non faciunt unum perfectum, l. unica. C. qui ma. tutela se excus.

Rursus, probationes in sua specie imperfecte in criminalibus ad plenam probationem non coniunguntur. glossa singularis in verbo, illorum, in cap. veniens. et primo de testibus. Bartolus in libro quis ex argentariis. §. 1. ff. de edendo. Albertinus tracta. de agnoscere. assertionibus quæstio. 25. nume. 21. Et alij. & hanc fatetur esse communem opinionem Simancas in enchyridio violata religionis. tit. 34. nume. 3. & Joannes Royas tracta. de heret. par. 2. assertio. 6. nume. 147.

*Ad huc in concilio Biterr̄esi c. 11. ita scriptū est:  
Ad nullius vero condemnationem procedatis si-  
ne confessione propria, vel probationibus diluci-  
dis, & apertis: satius enim est relinquere facinus  
impunitum, quam innocentem damnare, hec ibi.*

**E**Idem paulo post sanciuit concilium Narbonense c.23. in hæc verba. Ad nullius vero condemnationem sine lucidis & aperris probationibus, vel confessione propria procedatis: satius enim est facinus impunitum relinquere; quam innocentem condemnare. hæc ibi,

*Confert singulare illud & obseruatione dignissimi dictum Guidonis Fulcodi in cōsulationibus ab Inquisitoribus. q. 15. c. 17. vbi de proposito facti specie loquens; ait; Et nisi testes plene, & plane in omnibus cōcordauerint, melius est vobis purgatio nem indicere, vel differre sententiam, quam dam-*

nare. bac illæ. Manifestum est autem testimoniis singularium dictarum, secundum regulas iuris non posse dici dilucidas, claras, integras, et aptas probationes.

Huc spectat c. 1. 2. q. 1. cuius verba sunt: Nos, in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuicuum, aut sponte confessum. Conuicctus aut dici non potest, qui non habet testes idoneos ad uersus se, & per omnia contestes, & conformes.

Præterea, quamvis in alijs delictis superior sententia locū habere possit, de qua nō sum ualde sollicitus: at in crimen heresis aliud prorsus videtur sentiendum: nā cū in eo nomina testimoniū reis nō publicetur, nec videatur per omnia concedi plenissimus defensionis ordo & facultas, semper timendū est ne innocēs iniuste damnetur. & quamvis quilibet testis singularis prohibitari sit: ignorū tamē est iudicii quid illi à reo posset obijcīt fortassis si reus eum nosset, iustum quid posset ei obijcere, propter quod dictū eius aut repelletur, aut debilitaretur.

Denique hanc sententiam sequuntur viri insignes, Caieranus, apud Beatum Thomā. 2. 29. 70. ar. 2. Dominicus Sorus lib. 5. de iust. & iure. q. 7. ar. 2. ad primum argumentum. vbi afferunt, quod tamē inter religiosos, qui iam sunt mortui mundo, ob dicta plurimū testimoniū singularium facinorosi possint condemnari propter anima salutem & fauorem regiaris obseruantia: in dictis tamen exterioribus, vbi ad grauiora supplicia proceditur, id locum nō habet. idem voluit Ioannes Royas tract. de heret. par. 2. assertione 6. nu. 146. & seq.

**Quis** ordo seruādus cōficiūt alius auctoritatis futura est apud viros doctos, credere in hoc casū sequentia posse obseruari. plurib. testibus singularibus cōficiūt.

Quoties quis pluribus testimoniis singularibus, & idoneis urgetur prædicto modo, nec vult fateri, ex peccandū est per aliquod spatiū temporis, & inquirendum, an inueniri possint testes per omnia concordes & contestes, sed prius torquendū est, ut si fieri potest, ab ore eius veritas habeatur. quod si nibil confiteatur, quia hoc casū non potest videri purgasse indicia per torturam, cum sine multa, & urgentissima ac vehementissima contra eum, ad abiurationem saltem de vehementi, aut canonicae purgationem subeundam iustissime compelletur: in quo casū locum habere poterit opinio Squilacensis, tracta de fide cath. c. 13. & aliorum, quos refutauit supra parte 2. super c. inter sollicitudines. de purgatione cano. 5. Atque ex hac inde vero spectata personae qualitate, vel ad triremes, vel ad detrusionem in cliquid monasterium, per aliquod tempus poterit condemnari: at nunquam consulerem, nec crederem iuste fieri posse, ut veler negatius & impunitens propter tot testimoniū singularium dicta curia & seculari relinquatur.

Hac mea sententia est, quam tamen libenter suppono correctioni sancte Romana Ecclesiæ, aut virorum doctiorum, qui meliora docuerint.

Postremo illud hoc loco opportune queritur, an si duo uel plures per unū foramē (per quod simul videre nō poterant, sed tātum unus post alterum) viderunt quempiam committentem aliquod factū hereticale sive apostaticum, verbigratia frangentem imagines, aut se more Mahometano lauantem

A & inclinantem, aut figuram Crucifixi flagellantem, & similia, an inquit būiusmodi homines successiue ridentes tale quid, & de eo testificantur, sint censes di testes singulares, an vero contestes. & propriea plene probantes?

Et breuiter respōdetur, nō esse testes singulares, sed contestes, & plene probantes, cum intra brevissimum temporis spatiū: dem delictum cōminatur viderint, ac propere a reo. & eodem actu numero testificantur: neque enim hic præsumitur pluralitas actū, nec temporis diversitas, sed potius unus numero actus, & una temporis coniunctio. ita scribunt communiter insignes & antiqui Iurisconsulti. Jacobus Butrigarius, Jacobus de Arena, Cynus, Salycetus, Baldus, & alij, in l. testim. C. de testimoniis, cum docent prædicto modo probari posse adulterium glossa in cap. nihilominus. in verbo, simul. 3. questio. 9. & Antonius de Butrio in cap. cum oporteat de accusat. quest. 9 num. 20. Geminianus in dicto cap. nihilominus. 3. questio. 9. & alij, quibus communiter sequuntur.

Nec obstat si dicatur, prædictos testes censendo fore singulares ex diversitate temporis, quia dum unus vidiit, alius non vidiit quoniam responderet, quod ex quod viderunt eundem actum, & incontingenti unus post alium, simul vidiſſe dicuntur, nec singulares sunt. ita prædicti docent Jacobus de Arena & Cynus in dicta l. testim. C. de testimoniis. 5. vers. Sed è contra videsur. & eodem modo possimus ad alia respondere, si que fortassis obijciantur.

Atque ex his, nisi fallor, plenissime est declaratum quidquid spectat in hoc crimen ad materiam testimoniū singularium; in quo ideo fortassis instigator fui. quoniam opere & pretium me facturum putauit, si quanta fieri posset distinctionis luce & claritate, bac tradiderem, quæ a multis ex nostris fortassis obscurissime docentur; idque feci libentius, ut Inquisitoribus valde in causis fidei occupatis facerem: eosque liberarem à molestia evoluendorum ac legendorum tot interpretum varijs locis hæc tradidimus nunc ad cetera pergamus.

a. ¶ Est verum quod in litteris Cardinalis Alba-Noviensis, &c. ] Extat in uerusto illo codice membra Alba-Noviensis bibliotheca Vaticana & creberrima mentio cuiusdam domini Albanen. Apostolica & sedis Legati, quem coniectura assequimur, quo tempore Pauperes de Lugduno seu Albigenes, alijque heretici parcer Gallia, & Lombardia insestabant, Legatum sedis Apostolica fuisse constitutum, multasque constitutiones ex Papa commissione edidisse tum de pennis hereticorum, tum etiam de ordine procedendi aduersus eos quibus Inquisitores priuatis ad dirimendas fidei causas & controversias feliciter & utiliter uerentur: ac in uerusto quidem illo codice Vaticano huius Legati, huius fortassis hic minister Eymericus, quædam ordinaciones breuissime reperiantur, in quibus tamen non legitur hoc negotium, quod citat hoc loco auctor.

Ceterum cum anno Domini MDLXXX. Inquisitor Florentinus Romanum renisset, secum dedit retulissimum codicem membraneum manu scriptum, in quo continebantur quæ ad sanctum officium spectabant, in eo codice (quem nobis exhiberi insit

iussit illustrissimus dominus Iacobus Sabellus Cardinalis Generalis Inquisitor in uniuersa Republica Christiana) haec ipse constitutions, quarum hic meminit Eymericus, legebantur directe Inquisitoribus Lombardie. Ea vero constitutio, qua de testibus agit, quae afferit, hoc loco auctor, in predicto codice ita habet. Quando uero testes uel diffamatores, singulares sunt in dictis, concordant autem in substantia, uel in specie rei, relinquitur Inquisitorum arbitrio, ut sicut eis secundum Deum uidebitur, sic procedant; maxime si fama consentit, & idoneitas & fides deponentium contra eum, contra quem facerit inquirendum, habentus ibi.

In hac ergo constitutione diligentissime sunt observanda haec verba: Quando uero testes singulares sunt in dictis, concordant autem in substantia seu in specie rei. quae profecto difficilem & obscurum habent sensum, nec primo obtutu faciles percipias quid sibi velint.

Vnus ergo sensus hic esse posset, quod quando testes singulares sunt in dictis, quia uidelicet in loco & tempore discordant, conueniunt tamen in substantia rei seu in specie uel in effectu, hoc est, de eadem sensu eisdem hereticis deponunt; si testes huiusmodi sunt idonei, & ultra istorum probitatem, & fidem adit fama de crimen contra reum: tunc arbitrium erit Inquisitoris, ut secundum eius conscientiam procedat.

Hic etiam sensus, quamquam hoc loco sit significatus, nihilominus tamen non probat absolute eam sententiam, quam proxime rejecimus; quia uerba testes singulares famam postulat: & nihilominus, quamvis fama de delicto consideret, & cum testibus coniungeretur, adhuc non putarem eam sententiam vera esse: quia fama indicium est debile, & a crimen remotum: quod etiam si coniungatur cum aliis in dictis, aut semipenis probationibus, in criminalibus non faciet plenam probationem, ut late ostendimus in superioribus. quare semper sententia a nobis in superioribus asserta, uelut equior & taurior effet retinenda: quamvis hoc casu grauior penitentia effet iniungenda.

Alter sensus, nec ineptus forsitan aut cōtemnen dus esse posset: quando testes sunt in dictis singulares, quia uidelicet non deponunt per eadem formalia verba, sed per equipollentia; quamvis non sint singulares in loco & tempore: tunc an plene probent, arbitrium est Inquisitorum, qui diligenter debent considerare, qualiter quisque fuerit locutus, quo casu si eorum dedositiones eidem errorem formalem referre videantur, si fama uerius consistat, arbitriū erit Inquisitoris quid tunc fieri debeat. & hunc plane sensu videtur mihi redolere haec verba, testes singulares. Sed quod apertius haec intelligentur, animaduertendo tēdū est, questionem esse: An testes dicantur singulares, quando non deponunt de aliqua heresi in specie per eadem formalia verba sed tantum per equipollentia, & qua eundem errorem sapere omnino ac referre videantur, ut si, verbi gratia, unus depo neret se audiuisse Bucerum dicentem, non esse purgatorium; alius vero deponeret eodem loco & tempore, se audiuisse Bucerum dicentem, post mortem animas omnium morientium aut recta in celum, aut

A in infernum proficiisci, nec dari tertium alium purgatoriū locum in quem tendant. Siue si unus depo neret se audiuisse Bucerum afferentem, imagines Sonorum non esse venerandas; alius vero depo neret, audiisse eundem Bucerum eodem loco & tempore dicērem, r̄sum imaginum in Ecclesia Dei inutilem esse, & abolendum, sunt huic questionis exempla passim obvia, quæque frequenter contingat in sacro Inquisitionis tribunal; in quo articulo quid sit sentiēdum, breviter est mibi ostendendū.

Non uno modo præsentem controverstiam declari video; nam Albertinus tracta, de agnoscendis assertio. q.34.nu.47. assertur in probatione propositionum hereticarum testes debere attestari per ea- p 1000  
dem uerba formalia, & non per diuersa, quia de pollentiā  
verbis, inquit, est quæstio, & propterea illa sunt at-

tendenda, & ponderanda: quā ob rem testes in formalitate verborum diuersi non probant, vt ait Ge minianus consi. 142. incipiente: In causa prioris.

& Antonius de Butrio in c. nibil. de verb. signifi.

Iam in his Eymerici verbis, que nunc interpre tamur, secundus ille sensus, quem paulo antea referebam, conuineatur; secunda opinio erit Eymerici sentientis arbitrio Inquisitoris relinquentum esse, quando ex dictis testium non formalibus, sed & equipollentibus, & conuenientibus in substantia rei seu in effectu sit peccandum, & ad inquirendum, & ad reliquæ indicij acta. de qua sententia quid sit sentiendum, amplius in sequentibus appar edit, ubi demonstrabitur posse abque dubio In quisitores ex testibus per &quipollentia deponenti bus procedere secure ad condemnationem.

Verumtamen his omisis, vera sententia est, & Testes non communis & ysu recepta, Testes plene probare a dicuntur fini, liquam heresim, nec dici singulares, immo conq uales, sed stes esse & conformes; quando in facto principali, quando in fa in quo negocij substantia præcipue consistit, concor dant per eadem vel &quipollentia verba; quamvis li cōueniūt, in alijs minus præcipue circumstantijs discordent. c. nibil obstat de verb. signific. Nihil obstat, inquit textus, narrandi dueritas, ubi eadem dicuntur. facit textus in l. qui sententiam C. de peuis. & in l. quicunque, ubi Salyetus. C. de b̄er.

Præterea, virtus & substantia verborum nō in cortice aut superficie consistit, sed potius in sensu & intentione. cap. intelligentia. & c. præterea, de verb. signific. & c. Marcion. i. q. 1.

Ad haec, iuris regula est satis vulgata & trita, nihil referre, quod aliquid ex &quipollentibus fiat l. mulier. ff. ad Senatus consul. Trebellianum. l. si ma ter. C. de instir. & subst. sub cond. fact.

Postremo, hanc sententiam minime obscure affirmant Beatus Thomas 2.2. q. 70. ar. 2. ad 2. argūmentum, ibi. Si uero sit discordia testimonij in ali quibus circumstantijs non pertinentibus ad substantiam facti, &c. talis discordia non præiudicat testimonio; quia homines non coniuerunt circa talia multum solicitari, unde facile à memoria elabuntur. habentus sanctus Thomas. cum per omnia sequitur Sotus de iustitia & iure. lib. 5. quæst. 7. ar. 2. ad primum argumentum, idem tenet glossa in c. dudum. de conuers. coniugato. & in c. cum Ecclēsia Sutrina. verbo, vacillasse. de caus. possess.

& propriet. Alexander, Docius & alij, quos refert, & sequitur Antonius Gabrielius lib. 1. com mu. conclusio tit. de testibus, conclus. 2 n. 64. versi. & propterea infertur. quibus adde Geminianum in cap. nihilominus. 3. q. 9.

Denique hoc fateretur in causa nostra Iohannes Rolas singulari 204. incipiens. T. stes singulares. nu. 8. & seq. & tract. de hæret. parte 2. assertio 6. num. 127. & aliquot sequent. quorum omnium ymanis sententia est, testes concordes io eo de quo præcipue agitur, siue in substantia & effectu rei, non es se singulares; quamvis in minimis quibusdam discordent, cum ea non faciant actum diuersum.

**D**iscordia testium in minimis quibusdam non nocere, ut hæc interdum testi monium reddat validius: vnde Beatus Thomas 2. testimoniu. 2. q. 70. apt. 2. ad 2. argumentum, in fine, ita dixit:

Quinmo aliqua discordia in testibus, (scilicet in circumstantijs non pertinentibus ad substantiam facti) facit testimonium credibilis ut Chrysostomus dicit super Matthæum: qui si in omnibus concordarent, etiam in minimis, uiderentur ex condicione eundem sermonem proferre; quod tamen prudentia iudicium relinquunt discernendum. haec tenus idem Sotus de iustitia et iure. lib. 5. quest. 7. artic. 1. ad primum argumentum. probat tex. in l. 3. ff. de testibus, ibi. Utrum unum eudemque præmeditatum sermonem attulerint.

Si ergo duo testes eoram Inquisitore se sistant, & unus dicat se audiuisse Lutherum dicentem, Indulgentiarum virtutem nullam esse: et alius dicat, se eodem tempore & loco audiuisse eundem Lutherum afferentem, Indulgentias à Pontificibus summis esse ad questum inuentas, nec virtute diuina pollere: sibi plene probarent per aequipollentia verba Lutherum hæreticum esse: neque ab hac sententia est recedendum.

Quod si in verbis aequipollentibus dubius sensus esset, qui & catholicam veritatem, & errorem referre posset: tunc quid sit agendum, abunde docui supra in hac 3. par. q. 62.

**Q**uando nō sufficiat per aequipollentia probare. Sed illud non omittam, quod si quandoque ageretur de probandis verbis formalibus: tunc proculdubio non sufficeret aequipollentia. Antonius Burius, & Abbas in cap. nihil. de verb. signific. & multi ex præcitat. & alij quos refert, & sequitur Nicolaus Euerardus in locis argumentorum legalibus in loco ab aequipollentibus.

### Q V A E S T I O L X X I I .

An Inquisitor valeat torquere testes, & si falsi deprehensi fuerint, punire.

S V M M A R I V M .

1. Inquisitor per se potest tormentis subjicere testes.
2. Et illos, si falsi inuenti sint, extraordinarie punire.
3. Rationes pro vitaque parte adducuntur.

A 4. Soluuntur quæ contra veritatem opponebantur.

**E**puitagesima tercia quæstio est: Vnu Inquisitor ualeat testes torqueare pro habenda ueritate, seu alias punire eos quos manifeste deprehendit in causa fidei esse fallos testes, seu contra inlontem fallo & scienter impotuisse medio iumento, eti men hæretica prauitatis?

1. Respondemus q. sic: & licet nec de iure speciali, nec in privilegijs Inquisitorum, nec in consultationibus & titulorum de hereticis aliquid de hoc habeatur: tamen hoc est de iure communi, ut testes possint torquerti, & etiam si falsi deprehensi fuerint, puniri: & hoc potest fieri in causa præsentis, ut declarat Paulus de Lazaris in c. Multorum, de hæret. in Clem. in principio super uerbo, Vel tormentis exponere illatos, qui diciti ibi sic: Illos, si licet pro huicmodi negotio inquisitos, aliquid uidetur in testibus, si causa subdit eos torquendi: quia cum per se solum quilibet possit inquietare, tamen poterat omnia ad illud necessaria, & sine quibus non illud non potest expediri. de officio delega. Præterea, &c. Prudentiam, uerbo, explorari, & ff. de iurisd. om. iud. 1. 2. Sed planum est, quod ad uenientem habendam debet iudex laborare. de proba. Quoniam 14. q. 2. Quamquam. 30. q. 5. iudicantem. 23. q. 8 Occidit. de testi. Cum causat, &c. de iudi. iudices, cum concordantij: quam ab initio & suspecho alter habere non potest. 5. q. 5. illi qui ubi ne tatur de tormentis testium, ipsi ergo testem poterit Episcopus & inquisitor, & quilibet per se torquere.

2. Et eadem ratione uidetur, quod cum possit extraordianarie punire, si falso testimonio auferens offendit durante iudicio. C. de testi. Nullum. Ad idem de penit. Super his. & cap. Dilectus.

3. Sed contra uidetur, quia ratio quæ subest inquisito, subest in teste: ergo erit idem in utroq. de tra. sl. c. 2. cum concor. Et hæc duo infra qui parantur ibi prauitatem ipsam vel impedimentum officij. Et si dicamus, quod Inquisitor non habet ordinariam, uidetur causus in Authen. de testib. s. si vero. Pro hac parte facit, quia cum quilibet possit inquirere usque ad sententiam, & testes sint pars negotij, de verb. sig. Forus, cui licet totum, & pars, de reg. iur. Cui licet lib. 6.

4. Solutio. primum uerum est, ubi testem uult torqueare pro ueritate habenda contra Titum de laum, uel eum extraordinarie punire tanquam coram eo notorio delinquentem. Facit quod not. de confessis. c. 2. & quod ibi notat Inno. & de iure. Cum in positionibus. lib. 6. & iura supra allegata. Si uero format inquisitionem contra eum propter hoc, ita quod est noua instantia, cum testis sit nunc principaliter inquisitus, aliter per se non possit eum torquere: & sic intelligantur iura supra allegata.

Et de facto hic casus accidit Tholosa Anno Domini MC CCX II. ut uidi in sententia contineti: nam pater depoluerait contra filium crimen hæreticae prauitatis, & postmodum reuocauit.

COM-

# Inquisitorum cum Commentarijs.

COMMENT. CXXI.

623

**I**N hac questione tria sunt à nobis potissimum tractanda.

Primum erit: An Inquisitor testes in suo tribunali delinquentes punire possit.

Alterum erit: An Inquisitor solus possit torque re testimoniū quoties opus fuerit, non adhibito Episcopī consilio; & vice versa idem possit Episcopus sine Inquisitore.

Postremum erit: Qua pena sint afficiendi testes in hoc tribunali falsum testimonium dicentes, & alicui heresis crimen imponentes: quod est praeципuum & magis momenti in hac causa; & frequens etiam pro pier insignem hominum malitiam & iniquitatem.

Sed primum adducendi sunt, qui de materia questionis huius differunt, inter quos praecipue hoc agunt Zanchinus, & ibidem Campadius tract. de heret. c. 14. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 36. Iacobus Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 84. idem in enchyridio violatae religionis. titu. 38. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 8. plenissime Eymericus 3. p. in 12. modo processum fidei terminandi, quibus adde Iulium Clarum in §. falsum. differunt & alij suis locis postea referendi.

Quantū ad primum caput attinet, tametsi olim controvēsum fuerit, an Inquisitor posset testimoniū falsum, aut aliter in suo tribunali delinquentem punire, cum sit inde delegatus, qui non videtur posse testimoniū se delinquentem coercere, ut late demonstrat tradita per Menochium lib. 1. de arbitriis iudicium q. 91. nunc hac controvēsia, ob solam consuetudinem in contrarium cessat: ne propterea longū nobis tempus in ea dirimenda terēdum erit.

Cum enim Inquisitor sit delegatus Romani Pontificis, nō mirum si possit testes coram se delinquentes propria iurisdictione, concessa sibi per delegationem, punire. Speculator tit. de teste, nu. 44. & ibi Joannes And. verbo, cogit. & Abbas in c. 1. extra de crimine falso, nu. 9. & alij optime ergo cōcludit hic Eymericus nu. 1. hoc iure communi competere: quamvis nullis priuatis statutis hāc potestas Inquisitoribus videatur esse concessa. & hāc sint satis quoad primum caput.

Alcerum est de potestate Inquisitoris in torque dis testibus non requisito Episcopo: in quo articulo Eymericus hoc loco ex sententia Pauli de Leazaris apertissime sentit, quod quamvis reum non possit reus sine altero torquere: at testimoniū quilibet posset per se torquere. & ratio qua vicitur hic, nu. 3. elegans est: nam cum unusquisque per se usque ad sententiam inquirere possit, & expedire quæcumque ad plenam causā cognitionem desiderantur, & testes sint potissima totius cause pars, Jane si casus occurrerit, in quo neceſſe fuerit torquere testes, & solus Inquisitor, & solus Episcopus id per se efficiere poterit: atque hoc iure vītimur: tenet Zanchinus tract. de heret. cap. 14. nu. 3. ibi. Dic quod Inquisitor poterit eum ponere ad torturam. & ibi Campadius, verific. ex his iam colligere possumus, & Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 36. & alij quos in re manifesta omitto.

Id tamen est caute obseruandum, quod si cōtin-

A gat ex teste reum fieri, si que torque debat; tunc Testem effici non poterit solus Episcopus, aut solus Inquisitor. Etum reum id efficeri clemen. I. de heret. §. proter quod. vers. solus inquisitor non torqueat duro tamen, atque ex his remanent satis aperta, tor. qua ab Eymericō traduntur hac questione; nam circa hoc duo potissimum uersatur.

Sed tertium caput est iam declarandum, in quo ratio difficultas posita est, nempe: Qua pena affici debet testes falsi in hoc crimen heresis delinquētes.

De falso accusator eiusque pœna satis multa di ximus supra in hac 3. parte, num. 67. tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, ubi promissimus hic nos fore declaratueros quod ad falso telēm spēbat.

Ac primum quām ingens scelus committant falsi testes, luculentur explicatur in c. 1. extra de crime falso. in hac uerba, Falsidicus testis tribus per sum testimo nium. Graue scelus est dicere falsi sonis est obnoxius; primum Deo, cuius praesentia contemnit; inde iudicii, quem mentiendo fallit; postremo innocentii, quem falso testimonio lredit. hāc ibi.

Nullus autē falsus testis granius aut horribilius delinquit, quām qui in hoc tribunali uirū catholici hereticū esse mentiendo afferit cum pietatis intentiū, grauissimo periculo reum exponat, cum nominalis falsorum testimoniū ei occultentur, & proinde difficilius se defendere queat.

Falsum autē testimoniū iura uocant nō modo cum, qui mendacium dicit, sed & qui veritatem occultat, c. 1. extra de crime falso; cuius verba sunt: Vtique reus est, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeste non uult, & iste nocere desiderat. hāc ibi.

Nec modo hunc uoco falso testimoniū sed etiam illum, qui refert quidē uerba ipsa illius contra quem testificalur, sed de illis tamen testificalur alio sensu, quām prolatā sunt; ut si ea non integrā referat: uel dicat uerba hereticalia fuisse prolatā affirmatiue; cum tamen aut recitando & referendo, aut interrogative fuerint dicta, Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 89. vers. est quoque falsus testimoniū. & in hoc diligenter animaduertere debent iudices fidei, cum frequenter hāc in suo tribunali cōtingere soleant.

Sed iam qua pena affici debeat testis falsus in hoc tribunali doceamus. ac primum uidetur dicendum eos non esse plectendos talionis pœna, nec tradēdos in aliquo casu curia seculari. primo quianū lo iure veteri nominatim cautum inuenio in hac causa, ut testes hac pœna plectantur.

Rursus in tribus illis uetus Cōcilij Tholosano, Biterrensi, & Narbonensi, quibus plenissime constitū extat, quidquid ad pœnas & pœnitētias reorum in hac causa spēbat, de hac pœna in testes falsos exercēda nullum appetet uestigium. Sed in Biterrensi c. 26. aduersus deierates, & inducentes alios ad deierandū hoc est, ut ego interpretor, ad falso deponendum medio iuramento) pœna deportationis testis crucibus signata, cōtinetur in hac verba; Et si forte deierauerint, aut induixerint alios ad deierandum, portent in superiori parte durarum crucū (quas portare habēt in pectore, & inter spatulas) brachiū trāsversale palmi vnius uel circa. hāc ibi.

Ad hāc nullus ex veteribus (quē ego viderim) de

de crimine heresis tractans tam panam imponendum docuit. Nam Zanebinus qui de hac re plura tradidit tract. de heret. c. 14 arbitraryas panierias iniungendas docuit testi falso per inquisidores. Eymericus quoque qui omnia fere persecutus est, que ad negotium hereticæ prauitatis spectant, neque in hac quaestione, neque in 12. modo processum fidei terminandi, huic panae meminit: cum tamen plenissime ageret de testibus falsidicis puniendis: quamquam indicet ritam eis de sola benignitate & misericordia relinqui.

Postremo non videatur ubique receptum in sacro Tribunal ut testes huicmodi curia faculari trahantur, & ultimo supplicio afficiantur.

Poenatilio-  
nus in testi-  
bes locum  
habet

Sed in contrarium facit primum, quia quamuis in accusatore abolitas sit & antiquata talionis pena, vt ostendimus supra in hac 3. p. nu. 67. ti. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem. §. his positis. at in testibus adhuc habere locum testantur. Bal. in t. 1. §. iururia, de pace iuramento firmada in usibus feundo, & in l. 2. C. de rebus creditis. Corsetus in singulari incipiente: Testis, el 12. Iason in l. et si lege. nu. 5. C. si contra ius uel utilitatem publicam, et in l. si duo patroni. §. si ff. de iure iurant. idem in §. item si quis postulante. num. 64. insit. de afflio. Alexander cons. 55. incipien. In causa inquisitionis. lib. 7. Guido Papa decisione 44. incipien. C Testis factio deponens. Cassaneus super censurend. Ducanus Burgus rubrica 1. des iustices super textus, es droclis dicelles. nu. 15. Socinus cons. 185. lib. 2. Couarrunias in cap. quamvis possum. de patellis lib. 6. par. 1. §. 7. num. 6. Bernardinus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 87. Nellus tract. de testibus. §. falsus testis. num. 23. Petrus Duenans in regula & 7. incipien. Acculans aliquem. versic. quod tam in testibus. quod non obscure probat textus in l. 1. §. præterea. ff. de Sicarijs, vbi falsus testis in causa homicidij punitur tamquam homicida, si dolo male deponat. & in Hispania lege quadam Taurina 83. nominatim cantum est, testem falso in causa criminali puniendum eadem pena. quia reus foret punitus, si verum deposuisse contra eum. videantur ibidem Antonius Gomez, & Palacius Rubius, & alij plerique, varijs locis, quos longum esset recensere.

Iam in hac heresis causa testem falso talionis pena plectendum afferunt Joannes Royas tract. de heret. parte secunda assertione 8. & Iacobus Simancas de catholica instit. tit. 64. num. 90. nec defunt viuæ & efficas rationes, quibus hac sententia nititur.

Primum quia hoc crimen grauius est ceteris, cap. Vergentis. extra de heret. grauius ergo plectendus erit, qui falso contra quempiam de eo testificantur.

Rursus cum testium nomina in hoc tribunal nō publicetur, reus nix potest diuinare, quis eū falso testimonio urget; & proprieate difficultus potest se tueri. & quemadmodum grauius est hominem interficere veneno, quam occidere gladio. l. 1. C. de malef. & Matheron. quia qui veneno interficit cum oculum id faciat, auctor ei qui occiditur omne remedium

A se defendendi: ita qui in hoc crimen falso depnit contra aliquem, grauius peccat: nam cum occulito mendacium dicat, quod non facile desequitur propter non publicata testimoniū nomina, iustam defensionem, quae est de iure nature. l. vii. vim. ff. de insti- & iure, ei subtrahit.

Postremo Leonis Papa decimi diploma exiit di Exempti regnū Adriano Cardinali generali Inquisitori Hi. Leon. I. spainæ, Datnm Romæ apud Sanclum Petru die 14. Decembri anno MDXVII. Pontificatus sui cubi fuit anno sexto, quo Inquisitoribus Hispania concedi possunt, ut possint falso testimoniū curia faculari relinquare irregularitatis securi. eius rescripti verba

B ita habent; Intelleximus quid multi perdit ingenii homines in testimoniis, quæ perhibent super dictæ prauitatis veritatem inquirenda, falsitatem quandoque prece, pretio, odio, uel amore, & quandoque meu commiteat, aut se eandem falsitatem etiā nimirum publice licet falso facere non uidentur: Sicque huiusmodi diabolice uitiosi ministerio pleium que uel damnantur insolentes, uel divinitatem maiestatis Dei, & orthodoxy dei sub Christiano nomine derisores utrum consequuntur. Ad qua facinora perpetranda ipsi falsi testes iam propria improbitate & inconstitutio, quam audacia & impunita temeritate eorum, qui illes ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alludent, impelliuntur. Nos igitur scelerum hoc hominum genus, qui in diuinam humanam que simul naturam conspirant, & in nefandi criminis causa uel iniuste absolucionis, uel in qua cōdamnationis cōtores existunt, & acridi longe supplicio, quam ceteri falsidicis testes plecti soleant, dignum censentes: circumspetionis iuxta, & vniuersis & singulis pertinas cuiuslibet status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi, aut alijs Inquisitoribus praediti in crimine heresis falso scienter depositisse, aut alium ad faliūm deponendum, aut verum tacendum induxisse, uel quempiam ob perhibitum ueritatis testimonium, uel propter falso non attestatum, occidisse, aut membro aliquo mortificasse, aut bonis suis omnibus, uel maiori parte illorum spoliasse, uel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affecisse legitime constituerit, tuo autem deputando, seu deputandis & subdelegandis, arbitrio procedendi, & eos penit, de quibus tibi, uel illis uidebitur condemnandi, super quo tuum & illorum, quibus negotia huiusmodi commiseris, conscientiam oneramus, absque alicuius penitentie censura ecclesiastica metu, aut irregularitatis nota tradendi uel relaxandi curia facultati, plenam & liberam concedimus facultatem: non obstantibus constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque.

E Atque ita quidem habet id rescriptum, ex quo ite ex illis, quæ paulo ante retulimus, ac ex alijs fortassis,

fi, quæ in eandem sententiam afferri possent, vi-  
derur esse iustissimum, ut falsi testes in causa hæ-  
resis pena talionis afficiantur, & curia seculari  
quandoque relinquuntur. immo vero plures &  
maiore ratione suadē testem falsum in hoc crimi-  
ne pena talionis fore plectendum, quam in alijs  
delictis, cum pena huius criminis etiam ad deces-  
sentes condemnati extendantur, qui & bonorum  
successione priuantur, & grauissima quoque in-  
famia notantur.

Ceterum obseruandum est ex verbis superioris  
rescripti non quemlibet falsum testem in hoc tri-  
bunal delinquentem, curia seculari relinquiri pos-  
se, sed illum tantum qui grauiter seu notabiliter  
nocuit ei, contra quem depositus: tunc autem exem-  
pli gratia notabiliter nocere intelligitur, cum de-  
vera & formaliter hæresi depositus aduersus ali-  
quem.

Illi vero maxime nocuerunt, & propterea eis  
nullo pallo parcendum putarem, cum ille contra  
quem deposituerunt, velut negatius & impenitens  
ob eorum depositiones & testificationes traditus  
fuit curia seculari & ultimo supplicio affectus.  
nam hoc casu eos grauissime nocuisse, plusquam ma-  
jusculum est, id quod ex illis rescripti verbis aper-  
te colligitur, videlicet: sicque huiusmodi diabol-  
ice artis ministerio plerumque damna tut in-  
sontes.

Parratio eorum esse videtur, qui falsum di-  
cenes aliquem iniuste liberauerunt, qui velut  
barbarus plectendus fuisset: nam & hi Deo &  
eius Ecclesiæ sacro sanctæ, & reipublica Christiana  
grauiissimam inferunt iniuriam: quod tunc po-  
nitiam verum est, cum is, qui falsorum testimoniū  
iniquo praesidio & damnabili mendacio liberatur,  
non emendatur, sed in erroris concepta constantia  
perseuerat, aut etiam alios hæretica conatur infi-  
cere prauitate.

Atque hoc ipsum locum habere videtur in eo  
qui prece, aut prelio, testem corrupti, ut  
falsum testimonium ferat, aut minis & terrori-  
bus eum ad id maleficij genus perpetrandum com-  
pellit: quoniam eius criminis auctor est. immo  
vero plus videtur delinquere, qui testi persuas-  
eret, aut quocumque alio modo inducit, ut falsum  
testimonialium dicat, quam testis ipse: quoniam  
qui mandat prius habet nocendi animum, &  
alium impellit ad id facinus, quod fortassis non fe-  
cisset.

Idem dicas in eo, qui mandauit alicui, ut te-  
stem aliquem prædictis modis corrumperet, l. is  
damnum dat. ff. de regul. iuris. vbi Decius, Cagno-  
lus, & ceteri, & Iacobus Simancas de catho-  
l. inst. tit. 64. numero 96. vide Matthæum de Af-  
flictis: si pœna constit. Neapolit. libro 3. in constitu-  
tione incipiente: Qui falsitatem. in Rubrica 65.  
de falsitate cuiuslibet in testibus producendis. At-  
que bi quidem proxime relati casus satis aper-  
te contineri videntur in præcitatō rescripto Leo-  
nis X.

Iam quamvis in his aut alijs similibus casibus  
iuste falsus testis curia seculari tradendus videa-  
tur, quia res grauissimi momenti est, in qua de vita

A hominis agitur, priuati Inquisitores iudicio meo tradatur cu-  
id non decernent, sed ad supremum sanctæ inquisi-  
tio[n]is prætorium rem deserent, & eius expectato  
decreto illud exequentur, quod præscriptum fue-  
rit, ac sanctum.

Cum vero iudicis fidei alicui testi falsidico ob-  
aliquam causam (ut verbi gratia, quia se spon-  
te detulit, & misericordiam petuit. & antequam  
is contra quem depositus tradetur curia seculari  
& ultimo supplicio afficeretur) parcendum  
putauerint, & vitam condonandam, grauissi-  
ma est ei iniungenda pœnitentia. itaque in per-  
petuum & irremissibilem carcerem coniçere po-  
terunt, ut docuit Eymericus supra parte 3. in  
12. modo processum fidei terminandi numero 209.  
& alias pœnitentias addere, quas tradit idem  
auctor præcitatō loco. ad trimes quoque mitti  
iustissime poterunt huiusmodi delinquentes, ut pa-  
ne doloris & aqua angustia in eis sustententur, ut  
loquitur textus in cap. nouimus. §. pro illo. extra  
de verbo. signif.

Contra testes falsos sententiam palam pronun-  
tiatur, quoniam in publicum spectaculum pro-  
ducuntur, & immuni facinore coram populo fidicos publi-  
cate factio, qualis eorum fuerit conatus & fla-  
gitium disertis verbis detegitur, & curita pu-  
niantur, ratio redditur, & omnibus innoce-  
scit: quod utiliter plane fit & sapienter, ut  
ceteri eorum exemplo discant nefaria scelerata eni-  
tare.

Quod si leuiter nocuerint falsi testes, mitius pu-  
nientur: nam cum hæreticiis redemptibus & dici leuiter  
alijs pœnitentibus ipsi quoque in publicam fidei  
actionem, seu publicum spectaculum infamia mi-  
tra induit, producuntur, publice eorum delicta  
leguntur, inde fustibus seu verberibus casti, vel  
in exilium, vel in trimes etiam mitti solent, aut  
alia extraordinaria pena coerceri. Simancas de ca-  
tha. inst. tit. 64. numero 91. Zanchinus quoque  
D tract. de heret. pœnam extraordinariam eis infli-  
gendarum docet.

Id est autem obseruatione dignissimum, quod tra-  
dit Panormitanus in capit. 1. extra de crimine fal-  
si. videlicet, testem falsum in forma iudicij depo-  
nentem coram legitimo Iudice, puniendum esse,  
etiam si eius dictum non valeat, ut quia verbi gra-  
tia non iurauit, vel ob alias causas. idem tenet  
Bartolus in lege si quis legatum. ff. ad legem Cor-  
nel. de falsis. Salycketus & alij, in lege prima. C.  
de sepulcro violato, & Palacius Rubius in lege  
Taurina. 83. & Julius Clarius in §. falsum. vers. Tu-  
scis. vbi hanc dicit esse communem opinionem. Ra-  
tio verū illa est, quia præcitatō loco vtitur Saly-  
cketus, quia falsus testis, quantum in se fuit, iam no-  
re procurauit, immo vero & delictum consum-  
mavit: quod si ob aliquem defectum eius dictum  
non valuit, aut non nocuit, præter eius intentio-  
nem fuit.

Multis modis spectata personarum, & delicti  
qualitate in puniendis falsis testibus pena augeri  
aut contra minui potest: sed illa minuendi penam  
satis idonea causa censenda est, cum quis sponte ad  
confundendum crimen accedit, & errati veniam po-

Rr stular

siular eorum Inquisitoribus: quod & utilitas publi-  
ca, & bius tribunalis clementia facile persuadet.  
& late probat Andreas Tiraquellus tract. de pa-  
nis temperan. aut remittendis, causa 30.

Falsidico te-  
stis peritii ve-  
niam an sit  
parendum,  
  
Quodcum est, an testis, qui in causa heresistis  
monium dixit veniam, persens, antequam curia fa-  
ciculari relinquatur, admittendus sit ad penitentiam  
subeundam, sicut hereticus ad Ecclesiam conuer-  
sus admittitur. & recte Simancas scriptis de catho-  
l. inst. tit. 64. num. 24. parendum non esse testi po-  
nitenti, tum quia heretico id tantummodo conces-  
sum est, tum etiam quoniam cum falso testis eum,  
qui innocens est, hereticum esse testetur, ille qui  
falso testimonio urgetur, penitentiam agere non de-  
bet, nec errorem aliquem confiteri potest, cum ca-  
tholicus sit: unde sit ut innocent tamquam perti-  
nax & impunitus condemnandus veniat. iure  
itaque falso testis id pati debet, quod proximo  
suo facere cogitauit. atque hanc quidem senten-  
tiam in eo qui falso quempiam de heresi accusauit,  
ut scilicet non admittatur penitere volens, tenuit  
Jacobus de Arena, in l. vlt. C. de accusat. ubi ita  
quandoque seruatum fuisse restatur. eum sequun-  
tur ibidem Cyrus, Baldus, & alij, & Joannes  
And. Antonius de Butrio, Panormitanus, Maria-  
nus Socinus, & alij Canonistæ in cap. excommuni-  
camus. el. 2. extra de heret.

Testis falsidi-  
ci an p. foliū  
inquisitor re  
vel salum E.  
rius est, utrumque  
in p. foliū pu-  
niti possint, de-  
bere sita cautum  
est rescripto quadam Leonis  
X. anni Domini M D X X. ubi multa capitula per  
Inquisidores Regni Aragonie obseruanda contine-  
tur, inter cetera autem unum id est, de quo agi-  
mus in hac verba: Et quod si aliquis testis fal-  
sum deponeret in dicto Inquisitionis officio, per  
indices ecclesiasticos, ordinarios diaconos, in  
qua falso huiusmodi committeretur, & per  
dictæ prauitatis Inquisidores in eadem diocesi  
pro tempore deputatos, simul, ita ut alius sine  
alio procedere non possit, pudicitur. hactenus  
ibi, equidem Eymericus supradictum in 3. parte in 12.  
modo processum fidei terminandi, numero 209.  
cum de punitione testimoniis falsidicorum differit,  
Episcopum & Inquisitorem simul in eo negotio  
expediendo adhibet, atque hoc est tutius.

Filijs falsi te-  
stis an sint in  
fames aut a-  
lijs penit  
et que ut filii  
hereticorum  
subiecti.  
  
Postremo quasim est, an filii & nepotes falsi  
testis, qui combustus fuerat, infames sint, & alijs  
penis plectantur, quibus filii hereticorum afficiantur.  
& verius est non subiecti his penitis. primo, quia  
non est vsu receptum ut ita plectantur. præterea  
non sunt exequandi in hoc filiis falsidicorum te-  
stimoniis, & si filii hereticorum: nam heretici mains  
crimen committunt, quam falsi testes. cum illi &  
Deo & tori Christianæ reipublicæ iniuriam fa-  
ciant: illi autem in primis vni illi contra quem  
testificantur nocere cupiunt: postremo quamvis  
concederetur, par esse virorūque crimen, nullo  
tamen adhuc iure sancitum esse apparet, ut in his  
penis filii falsidicorum testimoniis filii hereticorum  
exequentur leges autem penales exiendende non  
sunt, cap. odia, de regul. iur. lib. 6. cap. par.

A de penit. dist. 1. & conferunt quæ copiose do-  
cet Alfonso Castrus lib. 1. de potestate legi pe-  
nalis, cap. 7. neque ad sententia recedendum arbi-  
tror.

## Q V A E S T I O . LXXXIII.

An Inquisitor citare & pertrahere  
possit de diecessi ad diece-  
sim testes pariter ac  
delatos.

**S** Eptagesimaquarta quæstio est: Vnu  
inquisitor possit de diecessi ad die-  
celim testes trahere vel citare, &  
etiam delatos de heretica pa-  
tate?

Respondemus quod sic, non obstante consti-  
tutione de duabus dietis. de rescriptis, Nonnulli  
nec illa de una. eo. tit. de rescriptis, lib. 6. Statu-  
tum. sed infra suæ terminos jurisdictionis potest  
inquisitor testes citare, & delatos trahere & voca-  
re, ut patet in cap. Ut officium. & denique, de br-  
ret. libro 6. ubi mandatur inquisitoribus, quod  
procedant contra quoscumque de heresi delato-  
tos cuiuscumque conditionis sint, dignitatis, or-  
dinis, religionis, &c. Et sequitur: etiam consti-  
tutione non obstante de duabus dietis edita in con-  
cilio generali.

Eadem uerba per omnia habentur in litteris  
Apostolicis Clem. Alexan. & Vibani III. de hoc  
Archidiaconus super c. alleg. Ut officium. & ut  
de duabus dietis.

## C O M M E N T . CXXIIIL

**D**V sunt assertiones, prima est: inquisitor de-  
latos seu accusatos pertrahere potest de ma-  
diecessi ad aliam.

Aliera & postrema est: Testes quoque potest  
euocare, & ad suam diocesim transferre. viri-  
que assertio facilis est, & de prima copiose egi-  
mus cum auctore supra in hac 3. parte, super qua-  
stionem 42.

De secunda panca quadam hoc loco sunt dicen-  
da, de qua Simancas de cath. inst. tit. 34. de inqui-  
sitoribus Apostolicis nu. 24. Joannes Royas singu-  
lari 95. incipien. inquisidores fauore fidei, adde Re-  
pertorium Inquisitorum, verbo, dixerat.

Itaque Apostolici inquisidores fauore fidei non  
obstante constitutione de duabus dietis edita in eo  
cilio generali, testes possunt extra suam diocesim  
euocare, & iubere ut coram eis se susstant, & ut offi-  
cium. compescendi de heret. lib. 6.

Prudenter tamen hoc fieri debet, nam ege-  
gia persona non facile trahenda sunt, sed ita  
cum illis agendum est, ut rogari potius, quam  
compelli videantur; & ne Imperium Inquisito-  
rum recusat, virbanus & modestus est, ut rel-  
judices ad eos eant, vel certe alios misteri debent  
qui depositiones carum recipiunt, idem indicium qd  
de viris

de viris illustribus, & monialibus, & alijs honestis feminis, quas non decet facile in iudicium trahere. Quanta autem modestia, & urbanitate cum singulis utriusque, & quid fieri magis causis fidei expediat, ex dignitate, auctoritate, honestate, aliisque testimoniis qualitatibus constituendum erit.

**Q**uestum est, an sicut Inquisitores Apostolici possint euocare testes extra suam diacepsim, & prouinciam, non obstante praedicta constitutione sicut de duabus dietis, ita quoque & Episcopi possint. Et sane affirmat respondendum est posse, cum hoc privilegium fauore fidei sit concessum: hic autem fauor pariter Episcopo, & Inquisitori Apostolico in causa heresis procedenti competere debet: cum non ratione persona, sed intuitu negotij de quo agitur, sit omnino tributum. de quo plura diximus supra in hac tertia parte, super questio. 56.

**N**eque Episcopus, aut Inquisitor euocans testes de diacepsi alterius, tenetur mittere processum ad Episcopum, & cuius diacepsi testis ille euocatur, nec id fieri iusta petret illa Episcopus, immo tenetur & debet mittere testes inspectis litteris Episcopi requirentis, ac dicentis sibi opus esse hoc vel illo teste, cuius causa fidei testimonio indiget. ac mittendu quidem est testis requisitus, & curandum omnino si fieri potest, ne intelligat se vocari, vt in causa fidei contra aliquem testificetur, ne forte rem detegat, & causa oblitio nisi aliqua ex causa aliter fieri oportaret, cognita probitate, & fidilitate testis euocati. hæc omnia ita seruari debere, & ratio ipsa, & iustus procedendi ordo, & negotij qualitas facile persuadent. atque ex his iudicio nostro satisfatum esse videatur illis difficultibus, quas nobis quandoque proposuit Marcus Antonius Massa Salernitanus, vir multa prudentia, & eruditione ornatus.

## Q V A E S T I O LXXXV.

An nomina testimoniis & denunciatorum sit delatis publicanda.

S V M M A R I V M .

- 1 Nomina testimoniis, & denunciatorum non sunt publicanda, si eis ex hoc graue periculum immineat.
- 2 Cessant vero periculo publicari debent.
- 3 Potentia personarum multiplex Inquisitori ex pendenda.
- 4 Quale periculum imminenter soleat ex tali manifestatione.

**S**eptuagesima quinta questio est; Vtrum Inquisitor nomina testimoniis, denunciatorum, seu accusatorum delato debeat publicare?

A 1 Respondemus, quod de ista materia diversi Summi Pontifices diversa responderunt.

Aliqui dixerunt, quod in nullo casu: aliqui quod in aliquo: ideo tandem Bonifacius octauus statuit quid agendum, vt patet in capitulo Sta-

Relat. supra  
pag. III.

tuta. iubemus de hereticis, libro sexto, vbi dicitur sic: Iubemus tamen, quod si accusatoribus uel testimoniis in causa heresis interuenientibus, seu deponentibus ( propter potentiam personarum, contra quas inquiritur ) videant Episcopos uel Inquisitores graue periculum imminent, si contingat fieri publicationem nominum eorum, ipsorum nomina non publicent, &cetera. Et sequitur infra: Sicque ( non obstante, quod illis, contra quos huiusmodi depulerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata ) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam plena fides depositionibus testimoniis eorumdem, & infra:

2 Cessante vero periculo supradicto, accusatorum, & testimoniis nomina ( prout in alijs fit iudicij ) publicentur.

3 Attendant tamen circumspectus Inquisitor, de potentia personatum: Nam est potentia generis, seu familiæ: est potentia pecuniarum: est etiam potentia malitia: de certo rarissime est: quin graue periculum imminent testibus, si eorum eis, contra quos deponunt, nomina publicentur: & qui vidit & scit, ita dicit; maius enim est periculum, nomina testimoniis publicare alicui delato pauperi, habenti in malis complices rebeiles, & homicidas, qui nihil habent nisi personam, quam generoso uel diuini in temporalibus abundanti.

4 Quale autem est tale periculum graue declarat Ioan. And. super praedicto uersu periculum, qui dicitur ita: Periculum. ] quia timetur mors, uel detracatio ipsorum, uel filiorum, uel parentum suorum, uel denastatio substantia ipsorum, uel his similia.

## C O M M E N T . C X X I I I .

**M**agna fuit olim controversia, nunquid te- Dubium fuit stium nomina in hoc crimine, vt in ceteris, olim an in reis essent publicanda, cum hinc fauor reorum, vt publicani plenè se possent defendere, inde fidei prærogativa da forent reclamaret, vt facilius in hac causa, qua omnium istium nominis maxima, & grauissima, denuntiatos, & testes inuenirentur: tandem merito causa fidei præaua luit, vt non obstante dispositione capitu. finalis, de heret. libro sexto, nomina testimoniis nullo modo publicentur, atque hoc iure, & consuetudine nunc ubique ritum.

Obseruant autem hoc singulare de non publicandis nominibus denuntiatorum, & testimoniis, cuncti se ferre qui de hereticis scripserunt, Repertorium Inquisitorum, verbo, nomina. Gondisaluuus tract. de heret. q. 10. nu. 4. Joannes Royas singul. 208. incipiente: Testium publicatio. Simancas de cathe. instit.

Rr 2 tit.

titu., 64. de testibus, numero 28. Campiegus apud Zanchinum, cap. 9. & plerique alii, quos studio breuitatis omitto.

*Vt non publicentur testimoniis nomina quae facientur.*

Hoc ipsum singulare de non publicandis testimoniis in hac causa sancitum Innocentius IIII. rescripto quodam incipiente: Cum negotium fidei, quod retulit Eymericus supra par. secunda, pag. 145. rbi videto quod de autore seu conditore eius rescripto annotavi. nec alienum est ab hac re quod traditur in rescripto Urbani Quartii incipiente. Vix cunctis. §. quod si testibus, relato apud Eymericum supra parte secunda.

*Decretum Concilij Biterrensis de non publicanda testimoniis nominibus.* Olim vero initio ferè constituta delegata inquisitionis sape constitutum fuit, vt testimonia non publicarentur: nam vt alia omittantur Concioilio Biterrensi, cap. 30. luculentur de hoc scriptū est ita: Illud autem caucatis secundum prouidam Sedis Apostolicę voluntatem, ne testimonia signo uel verbo aliquo publicentur. haec tenus ibi, idem profrus eisdem verbis habetur in concilio Narbonensi, cap. 22.

In his conciliis illud verbum, signo, diligenter est obseruandum, quasi dicat, non modo testimonia publicari non debent, sed neque circumstantiae (id enim eo loco puto vocari signum) sunt expri menda, ex quibus posset delatus venire in notitia testimoniis, vel denuntiatur.

In Hispania item praeceptum est obseruari, ne reis testimonia publicentur, nā Hispalēsi quādā instructione anno Domini MCCCCLXXXIV. capit. 16. his verbis à nobis uticunque latine redditis continetur: Item quoniam habita legitima informatione constitut, ac constat, quod ex publicatione nominum, & personarum ilpotrum testimoniis, qui deponunt super dicto hæresis crimen possent incurtere in graue damnū, & periculum personarum, & bonorum: nam experientia demonstravit, arque demonstrat, testes aliquos esse interfectos, aut vulnerates, & male affectos ab hereticis ob præfamat causam, attendendo in primis etiam in Regnis Castellæ, & Aragoniæ reperi magnum numerum hereticorum ob graue damnū, & periculum præfatum, quod testibus imminet, cum eorum nomina publicantur: Domini decretuerunt, ut Inquisitores possint non publicare nomina, uel personas testimoniis, qui contra hereticos deposuerint. haec tenus ibi.

*+ fol. 126*  
Tamen si vero Bonifacius octauus in dicto capit. finali, de hereticis libro sexto, §. cessante. quo eritā vtitur hic Eymericus, concedat posse testimoniis, & accusatorum nomina in hoc crimen sicut in alijs, omni periculo cessante, publicari; hodie tamen perpetuo id periculum adesse puratur, & propterea nunquam sit talis nominum aut personarum testimoniis publicatio, in quam rem extat quoque breve Apostolicum Pj Quartii Pontificis Maximi, quod incipit: Cum sicut, quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio sancte Inquisitionis in fine huius operis, quare uel per contrariam consuetudinem, uel per hoc Pj Quartii bre-

Aue, sublata prorsus nunc videntur Bonifacij octauis prouisio.

Et certè semper graue periculum ex ea re immi netestibus, vel saltem causis fidei vniuersis: quod summa apertissime cernitur in prædicto rescripto Pj Quar ti. Item in Prosa Hispalensi instructione, prudens tellus notissimè ergo constitutum est, ne testimonia non publicentur. Et quod de triplici potentia scribit hic centur Eymericus, que testibus, si eorum nomina publicarentur, valde nocere posset, luculenter & vere probat sacri Tribunalis laudabilem, & insitissimum stylum.

Quod de nominibus testimoniis non publicandis proximè diximus, locum quoque habet in cognominibus: nam neque cognomina publicanda sunt, ut publicari in prædicto rescripto Pj Quartii constitutum est.

Quod si reus instaret, postularetque vt sibi concederetur defensio secundum iuris ordinem, per consequens ut testimonia simul cum dictis eis eorum sibi ederentur, audiendus non esset, ni iam olim etiam in hoc articulo consuluerint permissum Awinionenses responde quodam super quibusdam dubitationibus in causa fidei, questione, ter tia, quod legitur in vetusto illo codice bibliotheca Vaticana.

Ac si fortassis ob id grauari se diceret, & appeleret, talis appellatio nullo modo effet admittenda; sed ea non obstante, immo vero ea reiecia tamquam friuola, & iniusta, ad posteriora iudiciora atta est intrepide procedendum.

Atque ex his refellitur omnino opinatio Pauli Parisii cons. 2. incip. Et si esse Iudæum. volum. 4. rbi contrarium sententiam persuadere conatur, sed cauendum est in hoc articulo.

Quod si quaras, an postquam testimoniis, & de nuntiatorum nomina reis non publicantur, sint tam illis perentibus aut non perentibus, vt facilius se defendant, aliquæ circumstantiae delicti commissi publicande, qualia sunt locus, & tempus, aut aliae huiusmodi de hac re in Hispalensi instructione anni Domini MCCCCLXXIIII. capit. 16. ita sancitum est: Cum probatio facta fuerit, & testes reproducti, debent Inquisitores publicare dicta, & depositiones eorum suppressis, & tacitis nominibus, & circumstantijs, ex quib. reus accusatus posset venire in cognitionem testimoniis, hæc ibi.

Ex his verbis videtur arbitrio iudicium violata religionis relinquiri, quales circumstantiae publicari possint, quales vero contra taceri: nam ex quo constitutio eas non præscriptis, iudicio Inquisitorum reliquise videtur. quod est verum puto, in hoc tamen prudentissimor esse oportet.

In Madriliiana institutione anni MDLXI. o. 32. cum de publicatione depositionum reo exhibenda sermo habetur, quales temporis, & loci circumstan tiae in publicatione apponi debeant, & quare sanc tur his verbis à nobis itē latine redditis: In publi catione ponetur mensis, & annus, in quibus de ponunt testes: quoniam si aliquod inconveniens intur.

insurgeret, si poneretur, præcisè dies, non debet apponi, & sufficiet mensis, & annus, quod fieri sepelet, cum testibus in carcere deponentibus sumiliter apponetur in publicatione locus & tempus commissi delicti, quoniam hoc ad defensionem spectat. Ceterum non est apponendum locus loci, hæcenus ibi.

Sed non diffiteor cōtingere quādoque posse, vt si locus & tempus commissi criminis reis panderentur, ipsi possent facile deuenire in notitiam denuntiatorū, vt cum delictum recenter est commissum, quo casu sicut in alijs, prouidendum omnino est testimoniū incolumenti, & legitime etiam reorum defensioni, alijs cōperētibus modis, quos prudens Inquisitor pro negotijs qualitate melius scire poterit.

Quoniam vero legitima defensionis ordo, ob sup̄ presam nominū, & cognomina testimoniū publicationē, quodammodo videtur trūcatus in hoc crimine, propterea Inquisitores vitam & mores testimoniū, ac delatorum diligenter debent inuestigare, vt alibi scriptimus copiosius, tradirq; Iohannes Roias in dicto sing. 208. incip. Testium publicatio. & alijs.

An autē quandoq; liceat nō modo testimoniū nomina publicare, sed etiam reum & testes cōciliare seu cōfrontare abīdē docū supra in hac 3. parte num. 101. super tit. de cautelis inquisitorum, & num. 209. super 12. modo processum fidei terminandi.

a ¶ Prout in alijs fit negotijs, publicentur.) Post hec verba in omnibus codicib; mox subsequuntur hec alia: Ita quōd vbi graue periculum deponentibus seu testib; videatur imminere, iudicio Episcopi, & Inquisitoris, non publicentur delatis: ubi autem eis non publicentur, attendat circumspectus Inquisitor, &c. Hęc omnia placuit remouere, quia non admodum coherent cum præcedentibus, & cōsequētibus, & verisimile mibis sit ab aliqua marginali annotatione in contextum irrepsisse. videtur autem hac annotatio defūcta fuisse ex sententia Archidiaconi in c. fin. de hæret. lib. 6.

## Q V A E S T I O LXXXVI.

Quæ pœna incurrit si contra ius publicentur, vel occultentur nomina testimoniū, &c.

**S**EPTUAGESIMASEXTA quæstio est: Vtrum Episcopus, & Inquisitor non publicando delato deferentium ac testificantium nomina: seu publicando vbi non debent, incurrit aliquam penam, & quam?

Respondemus quod sic: quia per dominū Pānam eorū cōscientiæ onerantur, ac eis præcipitur, quatenus puram & prouidam intentionē habent in predictis, unde in d. c. Statuta. de hæret. lib. 6. eīca finem sequitur sic: Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos quām Inquisidores puram, & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum uel testimoniū nomina supprimenda, vbi est securitas, periculum esse dicant, nec in eorum discrimen securitatem afferant, ubi tale pe-

A riculum imminet, super hoc eorundem conscientias onerantes.

Vbi Archidiaconus dicit ita: O tu, quicunque index in tali causa, bene aduerte uerba ista: nā non dicit leue periculū, sed dicit, graue: noli igitur reū priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei.

## C O M M E N T . CXXV.

**Q**uæ hac quæstione tradit Eymericus, cause

B accipiēda sunt. Primū enim si nō publicet, testiū nomina, nō errabit, immo vt superiori cōmentario docū, nullo modo publicāda sunt in publi-

cādo vero multū errare pōt; & qui hodie ab/q; euidenti necessitate; & omni periculo cessante, temere publicare præsumeret testiū, accusatorū, seu denūtiātiū nomina, plane imprudētissime ageret, & fortassis in mortale culpā incurriteret: quia ageret contrator decreta a Potificū, & cōtra receptā sacri officij cōsuetudinē: que quānus nulla legē nō eretur, quia tamen cōsuetudo est laudabilis, approbata, & legitime præscripta aq; inducta, vim legis haber. §. ex nō re/jrō. instit. de iure naturali ḡt. & ciuiti.

Hanc quæstionē trāstulit Auctor repertoriū inquisitorum in suum opus, verbo, nomina §. nunc vi-dendum quo loco cauīus aliquanto loquitur. adde Simancam de carbo. instit. tit. 64. nu. 26. & in ency- rido. tit. 35. nu. 12. & seq.

Dicit quidem testiū edenda sunt reo, vt se defendere queat, nomina vero supprimenda sunt: & hoc iure utimur.

Arque eodem modo vel cauenda vel accipienda sunt quæ de hac re edifferens tradit Tabiensis in summa. verbo, inquisitor, §. 8.

DE PERITIS ET ADVOCATIS  
necessarij pro officio Inquisitionis.

## Q V A E S T I O LXXXVII.

An Inquisitor possit conuocare peritos ad præbendum consilium,

## S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitor potest conuocare & cogere peritos.
- 2 Peritorum nomine quoniam intelligantur,

**S**EPTUAGESIMASEPTIMA quæstio est: Vtū inquisitor possit conuocare peritos quoslibet, ac eos cogere ut sibi assitant, ac in serendis sententijs præbeant consilium opportunum?

1 Respondemus quod sic; ut patet in c. Vt commissi. s aduocandi. de hæret. lib. 6. ubi dicitur sic: Relat. sup̄ Aduocādi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut uobis assistant; & in huiusmodi deferēdis sententijs præbeant consilium opportunum; ac eis quod super his uobis humiliter parcent in iuste obediencie iniungendi.

R t 3 Eadēm